



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

Liber II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

LIBER II.
DECRETALIU
GREGORII IX.

DE
JUDICIIS

PER
QUÆSTIONES AC RESPONSA
IN METHODUM BREVEM
ET CLARAM REDACTUS

AUTHORE


R. P. ADAMO HUTH

è Societate JESU, Ss. Canonum Doctore,
eorumque in Alma Electorali Universitate
Heidelbergensi Professore Publico
& Ordinario.

Editio secunda emendatior.

*Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis,
& Facultate Superiorum.*

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Sumptibus MATHIÆ WOLFF Bibliopola,
M. DCC. XXXII.





Liber II. Decretalium
GREGORII IX.

Q. Un. *Qua & quo ordine in Libro secundo Decretalium tractentur?* *Resp.* Absolutis in Libro priore iudiciorum praeliminaribus ad ipsa iudicia, eorumque ordinem descendimus, eâ claritate à jure Canonico præscriptum, ut in utroque foro, Ecclesiastico æque ac Civili usû receptus sit & approbatus. Primi quinque Tituli litis initium comprehendunt. A. Titulo VI. usque ad XVIII. exclusivè explicatur Ordinatio Processûs. Tum per Titulos omnino decem agitur de Probationibus & Exceptionibus. Demum à Titulo XXVII. finis causæ per sententiæ lationem, ejusque executionem exponitur.

TITULUS I.

De Judiciis.

Q. 1. *Quid sit iudicium?* *Resp.* Iudicium, prout pertinet ad præsentem Titulum, & sumitur pro processu toto & discussione causæ, definitur, quod sit legitima controversia, qua inter
Liber II. A actio-

actorem & reum intercedit, per judicem cognitio, discussio, ac definitio L. 8. & 13. C. de judic. & passim AA. differt strictè loquendo à Lite, causa, quaestione, instantia.

Q. 2. Quotuplex sit judicium? Resp. Variè dividitur: Prim. à causa efficiente, sive personis judicantibus aliud est *Ordinarium*, quod instituitur coram judice Ordinario; aliud *delegatum*, in quo coram judice delegato disceptatur: hoc c. 11. de probat. etiam *extraordinarium* nuncupatur. Aliud item est *Ecclesiasticum*, quod instituitur coram judice Ecclesiastico quà tali; *Sæculare*, quod coram judice sæculari quà tali; *Mixtum*, quod vel coram Judice Ecclesiastico vel sæculari agitari potest; uti sunt quaestiones meri facti in rebus spiritualibus, si reus conventus laicus est.

Resp. 2. A. causa materiali, aliud est judicium *spirituale* (quod ab Ecclesiastico utpote latius patente differt) aliud *temporale*: aliud *Universale*, quo universum jus petitur v. g. hæreditas: *Generale*, quod ad plura quidem objecta, sed separata & nullam universitatem constituentia porrigitur, uti fit in judicio tutelæ, negotiorum gestorum. *Singulare*, quod circa rem singularem, v. g. equum vel de certa specie plura individua continente, v. g. de grege ovium instituitur. Aliud *reale* in quo disceptatur de jure in re, v. g. dominio, servitute; *personale*, in quo instituitur actio in personam, ex contractu scil. vel quasi contractu, delicto vel quasi delicto: *Mixtum* non agnoscimus quia petitio hæreditatis merito
simè

simè realis est *L. 25. §. 18. ff. L. 7. C. de petit. hered. actiones familiae herciscundæ, communi dividundo, finium regundorum merè personales. L. 1. ff. fin. reg. & arg. L. 1. in prin. & §. 1. ff. fam. hercisc. L. 1. & seq. C. comm. divid. aliud Petitorium, in quo de proprietate rei, v. g. prædii, beneficii, vel de jure in re v. g. de jure pignoris, servitutis litigatur: Possessorium, in quo agitur de sola rei vel juris possessione. Aliud bona fidei, de quo in §. 28. & 30. Inst. de Act. & aliud stricti juris L. 3. ff. de reb. cred. & L. 99. ff. de V. S. aliud Simplex, in quo subit unus vicem actoris, alter rei; Duplex, in quo uterque litigantium actor, uterque reus est.*

Resp. 3. A. forma aliud est Plenarium, quod & Ordinarium ac Solenne dicitur, aliud Summarium: in illo juris ordo & solennitates omnes observantur, v. g. sententiam præcedit citatio, oblatio libelli, litis contestatio, juramentum calumniæ, receptio & publicatio testium &c. in hoc simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii proceditur; ita ut, licet illa, quæ jure vel divino, vel naturali, aut gentium necessaria sunt ad judicium, uti sunt citatio partium, aliquis petitio loco Libelli, probatio, defensio, observari debeant, ista tamen quæ requiruntur de jure positivo, omittantur, si celebrem litis expeditionem retardent. Causæ quædam, in quibus judicium summarium instituitur, recensentur in Clem. 2. de V. S. Extrav. un. inter Comm. h. t. c. fin. de heret. in 6. Bull. Clement. VIII. Litinm di-

A 2 spen.

pendiis. L. 2. C. de pedan. judic. L. 1. ff. de ex
traord. cognit.

Resp. 4. A Fine aliud est iudicium Civile, quo
principaliter in commodum privatum Actoris
aliud Criminale, quo agitur ad vindictam publi-
cam, id est, privationem officii, corporis afflic-
tionem: & aliud ex utroque Mixtum, quo
agitur & civiliter & criminaliter: quod fieri
potest, dum per crimen aliquod non tantum
læditur publica iustitia; uti est Simonia, Bla-
phemia; sed etiam personæ particulari injuria
ac damnum inferitur. Criminale subdividitur in
Capitale, quo reo capitalis pœna irroganda venit,
quæ triplex est, mortis scilicet naturalis, ademptio-
nis libertatis, vel civitatis; & in non capitali,
quo reus salvâ vitâ, libertate & civitate circa bo-
na vel existimationem punitur. Item Criminale
subdividitur in Publicum, quod accusare cuiuslibet
de populo est permissum §. 1. de publ. judic. &
in Privatum, quod accusandi jus non cuiuslibet
de populo, sed iis tantum competit, ad quos
ea res vel injuria pertinet. L. 1. & seq. de priv. iudic.
delict.

Q. 3 Quot personæ ad constituendum iudicium
requirantur? Resp. 1. Necessariæ in omni iudicio
personæ & principales sunt Judex, Actor, qui in
criminalibus Accusator dicitur, Reus c. 10. §. 1. de
omni de V. S. Minus principales, accessoriæ & au-
xiliares vel adjuvant litigantes, & sunt Advocati
Procuratores, de quibus ad Tit. 37. & 38. ad
Libr. 1. Decretal. & Testes, de quibus ad Tit.

20. & 21. hujus libr. &c. Vel judicem juvant, quod triplici ratione fieri solet 1. *consultando*, ut olim Assessores & Consiliarii, quorum tamen hodie major est authoritas. Huc reduci possunt Auditores & Referendarii: illorum in Curia Romana, & apud Legatos Sedis Apostolicæ, horum verò, in majoribus Principum tribunalibus usus est longè utilissimus. *Acta judicii conscribendo*, ut sunt Notarii, scribæ publici, Actuarii, Tabeliones, Protocollistæ, de quibus ad *Tit. 22. de fid. instrum. infra.* 3. *exequendo*, quod Judex imperat, ut Apparitores, Executores, Cursores, sive Nuncii & viatores, de quib. infra, dum de citatione & executione sententiæ agitur.

Q. 4. *Quisnam Actor & Reus esse possit vel non?*

Resp. ad 1. Omnis qui habet legitimam personam standi in judicio, quales sunt homines liberi, masculi, majorenes. Discrimen tamen faciendum est Actorem inter & Reum, multi enim licet stare possint in judicio ut *Rei necessarii*, non tamen ut Actores.

Resp. ad 2. Non habent personam legitimam standi in judicio. 1. *Furiosi, surdi, muti, prodigi*; pro quibus tam agendo quàm defendendo judicium suscipiunt Curatores *L. 12. §. fin. ff. de Tutor. & Curat.* item *servi* propriè dicti in causa pecuniaria. *L. 6. C. h. t.* ratio, quia quoad actus civiles pro mortuis habentur. Vide tamen. *L. 53. ff. h. t.* 2. *Pupillus* sine autoritate Tutoris. *L. 1. C. qui pers. leg. Stand. Minor si-*

A 3

ne

ne Curatoris autoritate. *L. 4. C. de Auth. praet. Minori* etiam invito ad lites Curator dandus. *L. 2. Inst. de Curat.* & lata contra pupillum aut Minorem indefensum sententia est ipso jure invalida. *L. 45. §. 54. princ. ff. de re jud.* Agere tamen potest absque Curatore Minor in causis spiritualibus, beneficii, v. g. & matrimonii, iisque conexis, modò pubes sit. *c. fin. h. t. in 6.* in causa momentaneæ possessionis. *L. fin. C. qui pers. leg. Stand. alimentorum. L. 1. C. de alim. pupill. praet.* si juratus iudicium suscepit, quia iuramentum supplet defectum Curatoris.

3. *Filiusfam.* si velit litigare cum *Patre*, indiget veniâ Prætoris *L. 13. ff. de in jus vocand. non nisi in certis casibus can. 36. caus. 2. q. 7. c. 1. de sponsal. L. 4. ff. h. t. L. 9. C. de pot. patr. expressis ipsi concedendâ.* Si cum extraneo litigare cogit *filiusfam. regulariter in causa propria* illi opus est consensu patris saltem generali, etsi major sit 25 annis. *c. fin. §. huiusmodi h. t. in 6. L. fin. princ. C. de bon. qua libertis.* Dixi in causa propria *c. 5. §. 1. & fin. de Procurat. in 6.* Dixi etiam *regulariter in causa propria* propter *L. 4. §. 1. ff. de Castrens. pecul. L. si longius. 18. §. 1. ff. h. t. L. 22. §. 5. ff. solut. matr. L. 27. ff. h. t. c. fin. h. t. in 6.*

4. *Mulier* in causis criminalibus agere non permittitur, nisi suam suorumque injuriam prosequatur. *L. 1. & 18. ff. de accusat. in civilibus* invito personaliter, etiam ut Rea, trahi non potest in iudicium. *c. 2. h. t. in 6.*

5. Excommunicatus Excommunicatione ma-
jori potest quidem ut Reus *necessarius* stare in ju-
dicio, teneturque per Procuratorem (non per se
ipsum) respondere *c. 7. h. t.* ratio, ne ex malitia
sua commodum ferat. Si velit ut actor stare in
judicia, sive per se, sive per procuratorem, *regula-*
riter prohibetur; & si sit excommunicatus *vitandus*,
vel à parte vel à judice *debet* repelli, ne incur-
ratur Excommunicatio minor. *c. 2. & 12. de ex-*
cept. c. 8. de sent. Excomm. Si sit *non vitandus sed*
toleratus, potest repelli; si non repellatur, vale-
bunt acta judicii. *c. 1. de except. in 6.* Dicta non
procedunt de A catholicis Germaniæ nostræ in
praxi; imò & casus dantur, ubi agere permitti-
tur excommunicatus, v. g. dum est Actor neces-
sarius. *Auth. qui semel. C. quom. & quand. judex.*
in causa Excommunicationis. *c. 1. de rescript. in 6.*
in causa matrimoniali, quia vertitur periculum
animæ. Si periculum in mora est &c.

6. *Religiosus* sine licentia Superioris nec age-
re, neque ex contractu potest conveniri; tum
quia non habet proprium velle & nolle, tum quia
in his comparatur vel servo vel Filiofam. Exci-
piuntur tamen casus, quales sunt: Si obtingat be-
neficium Ecclesiasticum: si studiorum vel nego-
tiorum causâ à monasterio absit: si agere velit, ut
in Religione retineatur: sic & casu *c. 11. de Ac-*
cusat. in causa propriæ famæ, cujus rationem dat
D. Th. 2. 2. q. 186. a. 7. ad 4. De Prælato Ecclesia-
stico dubitatur, utrum absque consensu Conven-
tus vel Capituli de bonis Monasterii vel Ecclesiæ

fit agere; sed dicendum est aff. collig. ex c. 9. cap. 18. q. 2. c. 9. h. t. c. 21. de rescript. ratio, quia superior vel Prælati liberam habet & à Capitulo independentem administrationem; ergo poterit agere juxta. *L. fin. ff. quod cujusque Univ. nom.* Ceterum quæ de Superioribus Religiosis, Abbatibus, Rectoribus Ecclesiarum & Parochis in hoc genere specialia occurrunt, ex Constitutionibus Ordinum, privilegiis & receptis consuetudinibus est desumendum.

Q. 5. An quis invitus ad agendum, vel an saltem principales ad comparendum cogi possint? Resp. ad 1. Nemo invitus tenetur agere, sive in causis Civilibus, sive criminalibus. L. un. C. ut nem. inv. ag. v. accus. cog. nisi qui jam semel actionem proposuit. Aut qui semel. C. quom. & quand. jud. qui alterum diffamavit L. diffamari. 5. C. de ingen. Creditores Studiosorum discessurorum ab Academicis. Tutores & Curatores. L. 2. C. de arb. tut. Procuratores. L. 11. & 13. C. mandat. Administratores civitatis. L. 2. §. 7. ff. de administr. rer. ad civ. pert. Hæres. L. 1. C. de his, quib. in indign.

Resp. ad 2. Regulariter principales cogi nequeunt ad comparendum personaliter; ratio datur in c. 68. de reg. jur. in 6. Si tamen causa sit criminalis; vel juramentum de calumnia aut pro veritate dicenda præstandum; vel necessitas juris præsentiam Actoris aut Rei exigat, cogi possunt. c. 1. h. t. in 6. Non possunt etiam principales ea, quæ ad factum, pertinent, per Advocatos

atos, sed per se debent proponere. Ratio, quia ipsi rem melius habent perspectam. Excusat Simplicitas Principalis, consuetudo, speciale mandatum Advocato datum, conniventia Judicis & partis adversæ.

Q. 6. Qua causa & coram quo iudice in iudicium deduci possit? Resp. 1. Causas merè spirituales (de causis objectum quidem profanum habentibus, sed tamen ratione personæ Ecclesiasticis infra) cognoscere non potest Laicus iudex. *c. 2. h. t. c. 3. de ord. cogn. c. 5. & 7. qui fil. sint leg. ratio,* quia actus potestatis spiritualis, qualis est cognitio judicialis & authoritativa rerum spiritualium v. g. circa Fidem, Sacramenta, vota, est concessus à Christo Petro & ejus successoribus. *Matth. 16. v. 18. Ioann. 21. v. 17. non Principibus, & iudicibus Laicis. ergo.*

Resp. 2. Conclusio extendenda est, ut laici nec de *causis spiritualibus annexis*. v. g. decimaribus cognoscere possint: neque principaliter & per se de *jure Patronatus* per *c. 3. h. t.* quia hoc jus vel est juxta plures secundum se spirituale, vel saltem antecederet spirituali annexum: neque ex eadem ratione de *jure sepultura*, dum agitur quæstio juris; nec de *causis matrimonialibus*. *Trid. sess. 24. can. 12. de Sacram. matr.* quia ex quo contractus matrimonialis elevatus est ad rationem Sacramenti, res spiritualis censetur.

Resp. 3. Si causa dotis incidat in causam divortii, de quo principaliter agitur, ad iudicium Ecclesiasticum spectabit de ea iudicare. *c. 3. de*

donat. inter vir. & uxor. ratio, quia principale trahit ad se minus principale. Si principaliter agatur, dum v. g. uxor constante matrimonio & viro ad inopiam vergente dotem petit restitui, ad iudicem sæcularem; quia est causa profana.

Resp. 4. Actor licet Clericus sequitur forum Rei laici. *c. 5. & 8. de for. comp.* & si causæ profanæ inter laicos tractentur, *regulariter & directe* spectat cognitio ad solum iudicem Laicum. *c. 10. de for. comp.* excipitur, si persona miserabilis v. g. vidua vi sit dejecta ex possessione. *c. 11. & 15. de for. comp.* quia spectat talium defensio saltem cumulativè ad Ecclesiam; vel si agatur de peccato. *c. 13. h. t.* vel si causa sit mixti fori; vel si iuramentum contractui adjectum *c. fin. de for. comp. in 6.* vel si constet, quod iudex laicus desit officio suo. *c. 10. h. t.*

Q. 7. Quæ sit forma & quis effectus iudicii? Resp. ad 1. Forma iudicii consistit in ordine iudiciario & solennitatibus à jure præscriptis, quas successivè præsentis Libro explicabimus, & tribus partibus potissimum absolvuntur, scil. *litis contestatione, probatione, sententia.*

Resp. 2. Primò Judicium perpetuat actionem certo tantum tempore competentem. *L. un C. ex delict. defunct. 2.* interrumpit præscriptionem *L. ult. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 3. iudicio cœpto neuter litigans potest adversario dissentiente à iudicio recedere. *L. 5. C. de O. & A. nisi velit in expensas condemnari. §. 1. Inst. de*

de Paen. temere litig. 4. Licet acta coram iudice incompetente v. g. confessiones, depositiones testium &c. coram iudice Laico contra Clericum producta, fidem non faciant coram iudice competente. *c. 4. h. t.* faciunt tamen fidem plenam acta probatoria unius iudicii coram iudice competente in alio etiam iudicio, agitato inter easdem personas, earumve hæredes ad eundem finem & non variato modo agendi. *c. 11. de testib. sive iudex sit ejusdem, sive diversi ordinis. arg. c. fin. de except. in 6.* 5. Novationem actionis iuducit iudicium, ita ut res, quæ antecederet debebatur ex contractu, nunc debeatur, quia ita iudicatum est. *L. aliam. ff. de Novat.*

Q. 8. Ex quibus causis iudicium reddatur nullum?

Resp. 1. Ex defectu capacitatis vel competentie iudicis. *c. 4. h. t. c. 24. de sent. & re iudic. L. 2. & fin. C. si à non comp.* Acta tamen coram iudice putatio & communiter existimato tantum, qui revera iudex legitimus non est, valent in utroque foro. *L. Barbarius 3. ff. de off. Prætor. can. 1. caus. 3. q. 7.* 2. ex defectu personarum litigantium, quæ personam standi in iudicio non habent. 3. ex defectu solennitatum & Ordinis iudiciarii non observati; quamvis in curia Rom. juxta Card. de Luc. & in camera Imperiali juxta Gail. *L. 1. Obs. 42. à n. 1.* si de meritis causæ constet. nullitates ex defectu solius processûs & solennitatis provenientes non attendantur.

Q. 9. Quomodo finiatur iudicium? Resp. Vel per sententiam definitivam; quia hac latâ functus est

est

est iudex officio suo: idque *totaliter*, si intra decennium appellatum non est, vel si est appellatum, finitur saltem instantia, & incipit tunc *secunda instantia*. Vel finitur iudicium ante sententiam definitivam; quod fieri potest tripliciter, *mutua* scil. *voluntate partium*; deinde *absolutione iudicii*, quâ liberatur pars absoluta, ut in hac instantia respondere non teneatur, reservato tamen iure alteri parti, ut novo iudicio coepto cum Adversario suo possit contendere. Demum *lapsu temporis* juxta *L. 13. princ. C. h. t.* qui tamen modus finiendi lites non tantum in foro Civili ex usu recessit, sed & in iure Can. ejus contrarium est statutum *c. 5. de in integr. restit. c. 14. princ. v. iudices. de privileg. c. 20. h. t.*

TITULUS II.

De Foro competenti.

Q. *1. Quid intelligatur nomine fori, & quoruplex sit? Resp. 1.* Omissis aliis significationibus hic nomine fori venit vel locus discutendis & terminandis litibus deputatus *c. 10. de for. comp.* vel jurisdictio iudicium exercentis, seu potestas publica de causa in iudicium deducta cognoscendi & pronuntiandi.

Resp. ad 2. Aliud est forum *competens*, in quo Reus conveniri potest & debet, vel ubi iudex est *competens* & jurisdictionem habens in Reum: aliud est *incompetens*, ubi nec Reus conveniri potest, nec de-

debet. Competens dividitur in Ecclesiasticum & *Saculare*: Ecclesiasticum in *Externum* & *internum*. Internum in forum *Pœnitentiale* sive *Sacramentale* & in *non Sacramentale*. Item aliud forum est *contentiosum*, aliud *voluntarium*; hic de foro externo & contentioso sermo est.

Q. 2. Ex quibus principiis deducatur competentie fori? Resp. 1. Ex persona *Judicis* competit forum, quia est *Ordinarius*, vel *Compromissarius*, vel quia *prorogata est ejus jurisdictio*, vel quia *avocata est causa ad Superiorem*, quo casu excluso inferiore solus superior fit iudex competens. De hac fori competentia dictum est in *Libr. 1. Decretal.* 2. Ex persona *Rei*, cujus forum *Actor* sequitur, datur fori competentia, ubi reus habet *domicilium*, vel *res*, quæ petitur, *sita est*, vel ubi *contraxit*, aut *deliquit*: vel quia *Clericus & Ecclesiasticus est*, vel quia aliunde foro *privilegiato* gaudet. 3. Ex qualitate *causæ*, quod *Ecclesiastica* vel *sacularis*, *mixta*, *connexa*, *feudalis* & c.

Q. 3. Quid sit *domicilium* & *quotuplex*? Resp. *Domicilium* in genere est locus habitationis: dividitur in *Domicilium commune* & in *privatum*. *Commune* omnibus civibus Romanis olim Roma erat, ut in prima instantia etiam ibi potuerint conveniri, hodie non item; in causis tamen Ecclesiasticis fideles omnes & Clerici in profanis sortiuntur forum in tribunali Pontificis, si ibi existant, neque jus habeant domum revocandi, *can. 17. & 18. caus. 9. q. 3. c. fin. h. t.* *Privatum* aliud est *naturale*, *domicilium originis* dictum, seu locus,

in

in quo quis natus aut oriundus est; quod *domicilium* hodie vix servit, nisi de Jure Canonico ad susceptionem Ordinum *c. 3. de temp. Ord. in 6.* Aliud est *Accidentale, Adscititium, vel domicilium habitationis*, & est locus, in quo quis habitat, animo ibi commorandi: si quis propositum habeat, stabiliter ibi commorandi, dicitur simpliciter *domicilium* vel *domicilium verum*; si verò tantum per tempus notabile, *quasi domicilium* appellatur,

Q. 4. Quomodo acquiratur domicilium? Resp. Ad *constituendum* domicilium simpliciter tale & sortiendum ratione domicilii forum duo requiruntur, animus & factum, seu habitatio *actualiter coepta* cum proposito stabiliter manendi in tali loco. *L. 20. ff. ad municipal.* non verò insuper, ut quis majorem bonorum suorum partem eò translulerit; quia hoc requisitum nullo jure probatur. Ad *quasi-Domicilium* constituendum factum itidem & animus per notabilem v. g. anni partem in loco habitandi, requiritur *L. 19. ff. 2. ff. de judic.* Potest quis in duobus vel pluribus locis simul habere domicilium ad eum effectum, ut utrobique subditus sit & conveniri possit. *L. 5. C. & L. 6. ff. 2. ff. ad municipal.*

Q. 5. Qua sit vis domicilii in ordine ad constituendum forum? Resp. I. Via veri domicilii est, ut ratione illius sortiatur quis forum quoad universam jurisdictionem, tam contentiosam quam voluntariam, tam in causa civili quam criminali, etsi crimen commissum & contractus celebratus sit alibi. *c. 17. de for. comp.* sive reus exi-
stat

stat in foro domicilii, sive non *c. 3. de dol. & contum.* adeoque forum domicilii generale est, & concurret cum aliis foris, imò iis potentius est excepto foro feudi & rei sitæ juxta multos, de quo inferius. *L. 19. §. 4. ff. de judic.* Excipitur etiam uxor, quæ non in proprio sed in domicilio mariti convenienda. *L. 22. §. 1. ff. ad municip. pal.* Hæres conventus ex persona defuncti, cœpto jam cum defuncto judicio coram eodem iudice causam debet continuare. *L. 34. ff. de Judic.* Ad forum domicilii spectat casus *L. 2. C. de jurisd. om. jud.*

Resp. 2. Vis quasi domicilii est, ut talis non tantum acquirat jus parochiæ, possitque dispensari in votis, jungi matrimonio, habere sepulturam; nec tantum LL. & consuetudinibus illius loci teneatur; sed etiam tum de contractibus in tali loco celebratis vel commissis delictis, tum etiam de contractibus alibi celebratis aut delictis alibi commissis possit conveniri. *L. 2. C. ubi Senator. L. 3. C. ubi de crim. agi oport.* ratio quia cum sortiatur talis forum ibi pœnitentiale, cur non etiam externum? *Vagi* ubi inveniuntur, etiam ratione contractûs alibi gesti aut delicti commissi forum sortiuntur. Ratio, quia *vagi*, id est, nullibi defacto domicilium habentes naturali æquitate suadente, iudicem competentem habere debent, qui alius, quàm iudex loci, ubi reperiuntur, assignari non potest.

Q. 6. Quanam circa forum rei sitæ observanda?

Resp. 1. Per forum rei sitæ intelligitur locus, in quo

quo res controversa existit; iudex autem loci illius dicitur iudex rei sitæ; apud quem iudicem conveniri potest debitor vel possessor rei litigiosæ, sive aliàs subjectus sit, sive non *L. 1. & 3. C. ubi in rem actio. c. fin. h. t.* sive præsens in loco sit, sive absens *c. fin. §. fin. ut lite non contest. L. 2. C. ubi in rem.* Speciale quid est in possessore rei nomine alieno, & in emptore rei alienæ, per *L. 2. C. ubi in rem act. item per L. 49. ff. de iudic. & in Clerico, ut infra.*

Resp. 2. Actione tantum reali Reus in loco rei sitæ conveniri potest, nisi sit in rem scripta. quia actio realis rem, non personam sequitur. *L. 25. ff. de O, & A. contrarium sit in actione personali per L. fin. §. fin. ff. de contrah. empt.* Conveniri autem potest sive res immobilis sit sive mobilis, notabili tamen tempore in loco permanens, ob generalitatem textuum *c. fin. h. t. & L. fin. C. ubi in rem actio. it. ob L. 33. ff. de iud.* Non solum in petitorio, sed etiam possessorio, *L. un. C. ubi de possess. L. un. ubi de hered.* ratio, quia causæ possessionis tam arctè confœderata est causa proprietatis, ut utraque coram eodem iudice debeat ventilari; *c. 1. de caus. prop. & poss.*

Resp. 3. Reus non necessariò conveniri debet in loco rei sitæ, sed potest etiam conveniri in loco domicilii sui, ut adeòque forum rei sitæ & domicilii concurrant; vel quod idem est, forum domicilii est ita generale, ut in eo non tantum actiones personales, sed reales etiam possint proponi arg. *L. ult. C. ubi in rem, act. L. un. C. ubi de hered.* ratio, quia

quia bona sunt accessoria personis, ergo recte petuntur à iudice, cui subsunt personæ.

Q. 7. Quid de foro contractus dicendum?

Resp. 1. Ratione contractus in loco, in quo is gestus, regulariter sortitur quis forum coram iudice illius loci Ordinario, licet ibi domicilium non habeat. *c. ult. h. t. L. 19. & 20. ff. de iudic.* Accipitur autem hic nomen contractus latissime. *arg. LL. cit.* nec tantum quoad obligationem principalem ex contractu ortam, sed etiam quoad secundariam, v. g. damna, interesse: Item etiam quoad *distractum* in loco contractus quis forum sortitur, id est, quoad rescissionem contractus Reus conveniri potest in loco ejusdem initi, juxta *Wiestn. h. t. n. 47.* si tamen & Reus in loco contractus inveniatur, & contractus ex utraque parte nondum perfectus sit vel impletus, aut vitio aliquo intrinseco v. g. usuræ laboret. *L. 14. ff. in. C. de non num. pec.*

Resp. 2. Limitatur regula communis, quod quis in loco contractus sortiatur forum 1. Ita ut licet Reus conveniri possit in loco contractus secundum dicta, possit tamen etiam actor, si velit, eum convenire in loco domicilii. 2. ut, dum v. g. ex conventionem partium requiritur ad substantiam contractus scriptura, non in loco contractus, sed scripturæ vel instrumenti confecti, si alius hic sit, Reus debeat conveniri *L. 17. C. de fid. instrum.* 3. ut in loco confirmationis contractus forum quis non sortiatur; quia con-

Liber II.

B

firma-

firmatio in forma communi facta nihil innovat.
 4. Si aliter inter contrahentes convenerit, vel
 pro impletione contractûs aut solutioni certus
 locus sit destinatus, in hoc & non in loco con-
 tractûs forum sortiuntur; habetur clarè *L. 19. §. fin. ff. de judic.* licet Reus habeat privilegium
 nonnisi in certo loco respondendi. *c. 17. h. t.*
 observetur præterea *L. un. C. ubi conveniatur*
qui certo lo. dar. 5. Ut viatores & advenæ (que-
 les non sunt, qui officinam, tabernam, pergulari-
 constituerunt) non teneantur regulariter respon-
 dere in loco, in quo contraxerunt, mox inde dis-
 cessuri, altera parte sciente. *L. 19. cit. ubi de*
ratio hujus redditur. 6. Ut in contractu dota-
 nec locus contractûs, nec locus confecti instru-
 menti attendatur, sed locus, ubi vir habet domici-
 lium; & ut juxta jura ejusdem domicilii maritus
 & non juxta jura loci contractûs vel confecti in-
 strumenti, uti aliàs fieri debet, decisio litis sit faci-
 enda. *L. 65. ff. de judic.* 7. Ut in loco con-
 tractûs aliter invitatus non conveniri possit, nisi
 ibi reperiatur. *c. 1. §. contrahentes. h. t. in 6.*
 Dantur tamen hodie casus, in quibus absens ad
 locum contractûs citari valet, v. g. ob admini-
 strationem in loco quopiam gestam ad reddendas
 rationes. *L. 1. C. ubi de rat. agi oport.* reli-
 quos vide apud Engel *h. t. n. 23. cum explicatio-*
ne. c. 1. h. t. in 6.

*Q. 8. An & quomodo forum delicti sit com-
 petens? Resp. I. aff. Sic ut delinquens subjicia-
 tur non quidem in foro pœnitentia, sed externo
 tam*

tam Ecclesiastico quàm sæculari, jurisdictioni illius judicis, etsi aliàs eidem non sit subiectus. *c. 13. & fin. h. t. c. 1, de raptor. L. 1. & Auth. qua in provincia. C. ubi de crim.* ratio consistit in congruentia, ut scelera ibi, ubi commissa, plectantur, tum ad terrorem aliorum, & ad satisfactionem Reip. læsæ, tum ob faciliores probationes. Procedit de quovis delicto; item de personis privilegiatis sub certis limitationibus. Vide *L. fin. ff. de Accusat. c. 14. h. t. L. 1. C. ubi Senatores. Auth. habita quidem C. ne filius pro patre.*

Resp. ad 2. Si delictum patratum sit in confinio duorum territoriorum, ut nesciatur, in quo eorum fuerit perpetratum, vel si in uno territorio sit inchoatum, in altero verò consummatum, vel in uno mandatum, in altero datum executioni, inter iudices utriusque territorii locus est præventioni. Primum desumitur ex *L. 19. ff. Commun. divid.* Secundum ex *L. 1. C. ubi de crim. agi oport.* Tertii ratio sumitur à paritate jaculantis in uno territorio, & in alio occisionem facientis (qui juxta *L. 1. cit.* apud utrumque iudicem forum sortitur) & inter mandantem. **DEINDE.** Dum delinquens jam est egressus è territorio, in quo deliquit, neque citatione præventus citare ipsum regulariter & de jure, amplius non potest Judex loci delicti; ratio est ob defectum jurisdictionis. Nec potest illum in territorio alieno persequi, nisi esset Prædo, grassator, latro. *Recess. Imp. Augusta 1559. quæ*

etiam facultas perseguendi milites fugitivos Belli duci, uxorem marito, Religiosos Prælato conceditur. *Arg. L. 1. C. ubi quis de Curiali.* Quid in Praxi observandum tum judici, qui petit remissionem delinquentis ad locum delicti, tum à quo petit, vide apud Gail. *L. 1. Obs. 56. & 57.*

Q. 9. Quid dicendum de privilegio fori competente Ecclesiasticis? Resp. 1. Clericorum persone exemptæ sunt à jurisdictione & foro sæculari. *Trid. Sess. 25. c. 20. de reform. c. 8. de jud. c. 1. h. t. & c.* 2. Nomine Clericorum veniunt, quæ materia est favorabilis, non tantum in majoribus constituti, ut patet, sed etiam in minoribus, si hi unam de conditionibus à *Trid. sess. 23. c. 1. de ref.* requisitis habeant; etiamsi quis post delictum commissum fuerit modò factus Clericus. *c. 2. h. t. can. 15. Bulla Cæna.* si tamen id non in fraudem fecerit; quia fraus nemini patrocinetur. *c. 15. de rescript.* Imò etiam omnes utriusque sexûs Regulares *c. 5. 10. 33. de sent. Excom. c. 4. de Cens. in 6. c. 3. de Immun. Eccles. in 1.* 3. Clerici & Religiosi non tantum exempti sunt à foro sæculari jure positivo Ecclesiastico, ut omnes, sed etiam aliquo modo de jure divino, ut ait *Trid. sess. 25. c. 20. de ref. Ecclesia & personarum Ecclesiasticarum immunitatem DEI ordinatione & canonicis Sanctionibus constitutam esse.* Ly aliquo modo explicant alii cum Pichler *h. n. 16.* quod in thesi, immediatè tamen exempti sint Clerici à jurisdictione & foro laicali jure divino; alii, quòd talis exemptio procedat à jure divino non

non immediatè, sed originaliter & initiativè. 4. Exemptio hæc Clericorum non habet tantum locum in causis criminalibus. *c. 4. 8. 10. de judic. c. 12. de for. compet.* sed etiam in Civilibus, tam *personalibus*, quàm *realibus* de jure scripto. *c. 12. h. t. c. 4. de Cens. in 6. Auth. statuimus. C. de Ep. & Cler. c. 42. & seq. caus. 11. q. 1. c. 12. de for. comp.* Defendunt aliqui consuetudinem esse legitimam, quâ Clerici super causis temporalibus actione reali in foro sæculari solent conveniri. 5. Clerici privilegio huic exemptionis nequidem possunt jurato renuntiare. *c. 12. h. t.* imò si quæstio fiat de statu Clericali, & quis semper fuerit solitus incedere ut Clericus, licet delictum commiserit, restituendus est judici Ecclesiastico; quia talis præsumitur, qualis invenitur. 6. sunt tamen aliqui casus, in quibus judex Laicus licitè & validè contra Clericos procedit non in Civilibus tantum, quorum quosdam recenset Schmalz. *h. t. n. 80.* sed etiam in Criminalibus, ex voluntate scil. Ecclesiæ; v. g. dum Clericus post actualem degradationem traditus est Curiaæ sæculari. *c. 4. & 10. de judic.* dum dimisso habitu se immiscet enormitatibus, nec post trinam Episcopi monitionem se emendat. *c. 25. & 45. de sent. Excomm. c. fin. de vita & honest. Cler. dum Reus est assassini. c. 1. de homicid. in 6.*

Q. 10 An præter Clericos etiam alii gaudeant foro privilegiato? Resp. aff. 1. Nobilis immediatè subiecti Imperio conveniri debent tam in Civilibus quàm Criminalibus coram Camera Imperiali

vel Consilio Imperiali Aulico. *Recess. Imper. anno 1555. §.* Und in solchem Frieden. ex concessione tamen Imperatoris & Procerum possunt Principes & Nobiles immediati saltem in causis civilibus apud Judices inferiores, quos *Austreg.* vocant, conveniri.

Resp. 2. Studiosi immatriculati & verè tales (non cessatores, & neglectis Lectionibus otiosi) habent privilegium, ut coram alio quam Rectore Academiae, vel, quod consuetudo immutavit, coram Episcopo Civitatis non conveniantur, sive sint causæ Civiles, sive Criminales. Probatum non tantum clarè ex Auth. *Habita quædam. C. ne filius pro Patre.* Sed & in Universitate nostra Heidelbergensi ita semper est practicatum, ad quam insuper juxta recentia præjudicia alii delinquentes sunt remissi.

Resp. 3. Milites, si in numerum militum præstito juramento ritè inscripti sint, coram solo judice militum, Duce vel Colonello, vel per se aut per Auditorem reum examinante, adhibito in causis gravioribus Senatu militari, possunt conveniri. *L. 6. C. de jurisd. om. jud.* sive civilis, sive criminalis actio intentetur; licet enim de utraque actione intentanda exceptiones ponantur tum in *l. fin. C. ubi quis de Curial l. un. C. in quib. caus. milit. ant.* tum in *l. 7. ff. de judic.* praxis tamen obtinet, ut de criminali causa militum Duces eorum cognoscant.

Resp. 4. Viduæ, pupilli, similesque personæ miserabiles, etiam ut Actrices gaudent privilegio fori;

fori; inprimis de Jure Civ. in foro Civili per *l. un. C. quando Imperat.* Deinde Jure Canonico, ut etiam reos Laicos ad forum Ecclesiasticum trahere possint. *c. 15. h. t.* dum vel negligens est judex sæcularis in administranda justitia. *c. 11. f. fin. h. t.* vel ipsæ violenter oppressæ sunt aut spoliata. *c. 15. cit.*

Q. 11. Ratione causarum quodnam sit forum competens? Resp. 1. Causæ sacrae spirituales, vel ita dictæ merè Ecclesiastica, quæ vel circa res intrinsecè, vel causativè sacras, vel ex fine supernaturales versantur, aut ad regimen Ecclesiasticum pertinent & officium spirituale, excluso judice Laico à Solo Ecclesiastico cognosci possunt. c. 2. de jud. c. 10. de Constit. c. 1. & 2. de Reliq. & venerat. Sanct. 2. Idem dicendum de causis spirituali annexis. c. 5. de jud. c. 3. de Ord. cognit. c. 5. & 7. qui fil. sint leg. Adeoque de causis matrimonialibus, de limitibus Parochiarum, jure Patronatûs principaliter in judicium deducto, de quæstione facti super causa spirituali, involvente simul quæstionem juris, in dubio, utrùm causa spiritualis sit, nec ne, solus cognoscit judex Ecclesiasticus. Vide Tit. 1. de judic. Q. 6.

Resp. 2. Causæ profana, nihil scil. spiritualitatis, vel in vel extrinsecè habentes, si agitantur inter Laicos, vel reus conventus est Laicus, solius judicis Laici cognitioni & jurisdictioni per se subunt. c. 10. & 11. h. t. ratio quia Prælati Ecclesiastici, ipsèque S. Pontifex in causis temporalibus fidelium jurisdictionem per se & directè

B 4

non

non habent, nisi temporali illorum dominio sub-
jecti sint. Dixi *per se* propter *c. 15. h. t. supra*
h. t. Q. 10. Resp. 4. cit. propter c. 8. & 16. h. t. pro-
pter c. 5. h. t. & c. 13. de judic. c. fin. h. t. in 6. & c.

Resp. 3. Causæ mixti fori tractandæ sunt ab
eo iudice, qui alterum, quocumque habet cumulat-
ivam potestatem de huiusmodi causâ cognoscen-
di, prævenit, quo casu præventus in causæ co-
gnitionem se ingerere amplius non potest. *l. 7. §.*
de jud. 2. Causæ mixti fori, quæ in utroque
foro tam *Ecclesiastico*, quàm *seculari* tractari possunt,
sunt, quæ ex natura & objecto suo sunt
quidem profanæ, sed tamen ob certam qualita-
tem spirituales, vel ex lege aliqua aut consuetu-
dine ad utrumque forum spectant. Tales causæ
Civiles sunt, contractus juramento firmati quorum
executionem contractus jurati: Testamenta *Lati-*
corum, quibus inserta legata *ad pias causas*:
causæ personarum miserabilium in casu oppres-
sionis vel spoliationis &c. Causæ *Criminales* sunt
utramque scilicet *Remp. offendentes*, usura: blas-
phemia non hæreticalis à Christiano prolata:
concubinatus: polygamia: adulterium, si ad
divortium non agatur. Causa *hæresis* & *Simonia*
cognoscenda est à solo iudice *Ecclesiastico. c. 13.*
de hæret. & c. 18. §. prohibemus. eod. in 6. & comm.
AA. 3. Nec qui iudicatus & per sententiam
definitivam à iudice præveniente est absolutus,
potest regulariter à iudice prævenuto iterum iudi-
cari. *c. 2. de except. in 6. c. 6. & l. 7. §. 2. ff. de*
Accusat. Nec qui punitus est à iudice præve-
nien-

niente pœnâ ordinariâ, vel extraordinariâ com-
mensuratâ denuo puniendus est à prævento. *c. 6.*
de Accusat. & l. 4. §. fin. ff. Naut. Caup.

Resp. 4. *Causæ connexa* vel ratione *persona-*
rum, v. g. plurium cohæredum, sociorum, tu-
torum; vel *ratione rei*, de qua agitur, si nimirum
circa eandem rem plures quæstiones vel *principa-*
liter, vel *incidenter* moveantur; ubi tamen no-
tandum *c. 3. de Ord. cogn. c. fin. de jud.* vel con-
nexæ ratione *actionis generalis &c.* dividi non
debent, cum discrimine tamen inter jus vetus ob
l. 10. C. h. t. & hodiernam praxin, quâ si Actor
hujusmodi divisionem faciat & causas connexas
apud diversos iudices tractet, Reus opponere so-
lum potest ante L. C. exceptionem *causa connexa*
non dividenda, hæc si omissa sit, valebit proces-
sus coram diverso iudice agitatus. *Gail. l. 1. Ob-*
serv. 32. n. 13. Quis iudex in causis connexis,
dum plures interesse habent, adeundus sit, va-
riant AA. Gail, ait, superiorem respectu omnium
adeundum; Engel iudicat, ibi terminandam
litem, ubi vel contra unum ex correis præoccu-
pata est, non faciendo discrimen inter iudicem
superiorem & æqualem: alii dist. quòd, si ju-
dex, coram quo cœpta causa, competens sit re-
spectu omnium, coram eodem sit continuanda;
sin incompetens sit vel respectu unius partis vel
causæ, adeundus sit omnium correorum supe-
rior. *l. 5. C. arb. tutel. l. 2. C. de Ord. jud. Ord.*
Cam. p. 2. tit. 9. Rec. deput. 1600. §. bey unse-
rem 23.

B §

Resp.

Resp. 5. *Causæ feudales*, quæ versantur circa rem, cujus dominium utile est alicui benevole concessum sub obligatione fidelitatis & obsequii personalis, pro diversis casibus diversimodè deciduntur. 1. Si lis oriatur *inter duos Vasallos ejusdem Domini*, v. g. alter petit partem feudi, quam alter possidet, vel *aliam causam feudalem*, sive ex lege feudi tractat, Dominus iudex erit. 1. *feud. 18.* 2. *feud. 55. §. 2. fin.* etiamsi Dominus sit Laicus, Vasallus autem Clericus. *c. 6. & 7. h. t.* 2. Si lis oriatur *inter Dominum & Vasallum*, & agatur super ipsa rei feudalis *proprietate*, dum v. g. negat Vasallus rem esse feudalem, Iudex Ordinarius iudicabit; si autem agatur super jure aliquo accidentali v. g. negat Vasallus servitia Domino, vel agit contra Dominum de evictione feudi, *Pares Curia* iudicabunt. Engel *h. t. n. 92.* 3. Si lis oriatur inter Vasallum & extraneum, vel inter Dominum & extraneum, cognitio ad Ordinarium iudicem Rei conventi pertinebit. 2. *feud. 15.*

Q. 12. *Quanam sint fori extraordinarii species?*

Resp. 1. De foro *delegationis* dictum est ad *tit. 29. Libri 1. Decretal.* De foro *continentia causarum* *h. t. Q. 9. Resp. 4.* De foro *reconventionis* dicetur ad *tit. 4. de mutuis petit.* Dicendum restat hic. 1. de foro *jactationis* seu *Diffamationis* ex *L. diffamari. 5. C. de ingen. manum.* cujus Legis beneficio, qui in possessione ingenuitatis, vel aliter in fama sua læsus est, potest adire iudicem suum proprium, & apud hunc petere,

tere,

tere, ut diffamanti assignet certum terminum, intra quem probet veritatem suæ diffamationis, & si in probatione defecerit, perpetuum ei silentium imponatur. Remedio huic locus etiam est contra Clericum diffamatorem Laici, quia diffamans re ipsa est actor, necessitatus sequi forum Rei; ubi tamen Judex Laicus Laici diffamati debet attendere, ne contra privilegium Clericale *propriâ autoritate* cogat Clericum ad comparandum in suo judicio, sed faciat illud mediante Judice Ecclesiastico.

Resp. 2. Affine est remedio *L. diffamari* remedium. *L. si contendat 28. ff. de fidejussor.* Est quidem specialiter conceptum de fidejussore, cui *beneficium divisionis* competit, ex generali tamen æquitate ad alios etiam casus extenditur: vi hujus is, qui in quacunque causa litem sibi ab alio movendam timet, proprium suum judicem adire, ab eoque, implorando officium ejus nobile, potest petere, ut adversarius citetur, licet fortè non subiectus, ac ipso præsentè declaretur, se debitorem illius non esse, vel exceptione saltem legitimâ muniti; ac propterea illi super eâ causâ perpetuum imponatur silentium.

Resp. 3. Ad forum extraordinarium reduci potest forum *Præventionis*, quando is, qui plures habet judices competentes, ab uno citatur, & sic prævenitur, cæterique judices à cognitione illius causæ excluduntur. Ratio datur. *L. 30. ff. de judic.* Neque actor post citationem reo intimatam, factamque comparitionem variare,
reum-

reumque coram alio iudice, licet cæteroquin competente, convenire potest; quod si fieret, per *exceptionem Præventionis* à Reo oppositam iudicem hunc secundum declinare posset. *arg. l. cit.* Inducitur pariter per citationem unius præventio respectu omnium correorum. Ratio, quia id exigit continentia causarum, quæ dividenda non est.

Resp. 4. Ultimus modus fortiendi forum est *Prorogatio*, quæ describitur, quòd sit extensio jurisdictionis ad personas, causam, tempus, vel locum, in quas, quando, & ubi aliàs non competit, consensu libero earundem personarum facta. *c. 40. de off. & pot. jud. deleg. l. 18. ff. de Jurisd. l. 1. C. de Jurisd. omn. jud.* Est adhuc hodie in usu, teste Brunnem. in *l. 18. ff. de jurisd.* 2. Non tamen omnes causæ prorogari possunt; sic prohibetur prorogatio in causa spirituali, feudali, Criminali, appellationis, delegatâ, specialiter reservatâ Principi, in causa, quam superior ab inferiori ad se avocavit. 3. Nec possunt omnes prorogare jurisdictionem iudicis non sui; specialiter prohibentur Pupilli sine Tutore, Minores sine Curatore, Procuratores speciali mandato, aut sine clausula *cum libera* destituti, Studiosi saltem de consuetudine, Clerici & Religiosi neque cum consensu Episcopi, neque interveniente juramento prorogare in se possunt jurisdictionem iudicis sæcularis, quæcunque demum causa sit. *c. 12. h. t. ubi & ratio additur.* Quin imo ne quidem possunt Clerici

rici jurisdictionem alieni judicis Ecclesiastici, nisi consentiente proprio Ordinario in se prorogare. *c. 18. b. t.* Nec Religiosi exempti possunt se Episcopo subdicere in pertinentibus ad jurisdictionem contentiosam. DD. communiter; æquitate tamen spectata in iis, quæ spectant ad jurisdictionem voluntariam consentiente Prælato suo, ut adeoque & petere possint absolutionem à Censuris, & dispensationem in votis. Ratio, quia exemptionis privilegium directè in favorem concessum in odium detorqueri non debet. Hæc tamen procedunt solum, dum Papa ejusve legatus jurisdictionem in Exemptos habens facile adiri non potest; nec facultatem absolvendi immediatus aut mediatuſ haberet.

TITULUS III.

De oblatione Libelli.

§. I.

De Libello.

Q. 1. *Quid sit & quæduplex libellus?* *Resp.* Est scriptura brevis claram Actoris intentionem continens & causam petendi. Dividitur dupliciter. 1. in *simplicem* seu *summarium*, in quo factum breviter, perspicue, & continuè quadam orationis serie narratur: & in *Articulatum* seu *Positionalem*, ubi per articulos factum comprehenditur. Rejctus est hic per *nov. R. I. Anno 1654. §. Diesem nechst.* 2. in *Civilem* seu *Con-*

Conventionalem, qui pro objecto habet causam Civilem, & in *Criminalem* vel *Querimoniam*

Q. 2. Quibus partibus construat libellus, & quid in singulis observandum? Resp. ad 1. Tribus, narratione facti, medio concludendi, ipsa conclusione.

Resp. ad 2. Primò. Narratio facti ita construitur, ut expresso nomine iudicis (hodie non proprio, sed officii tantum) item nomine Actoris, & Rei, ipsum factum cum necessariis circumstantiis subnectatur; item quid, quale aut quantum petatur. In criminali libello apponi præterea debet delicti locus, annus, mensis; aliàs ipso jure nullus erit. *L. 3. ff. de Accusat.* Dies, nisi à Reo petatur, tutius omittitur. Nomen Actionis ut exprimatur necesse non est. *c. 6. de jud. L. 6. ff. de fidejuss. L. 3. C. ad S. C. Maced. L. 6. ff. de reb. cred.*

Resp. ad 2. Secundò. Medium concludendi, seu causa petendi, & jus, ex quo agitur, exprimi debet in libello, ut constet Reo, num cedere vel litigare expediat, & siquidem est *actio realis*, causa tantum proxima sive *dominium rei*, aut aliud jus reale exprimitur *regulariter*; Si autem *personalis*, causam remotam ponere sufficit, id est contractum, v. g. *peto centum à Titio, quos mihi debet ex mutuo, deposito &c. c. fin. h. t.*

Resp. ad 2. Tertio. Conclusio sive petitio Actoris in *causa Civili* (in Criminali enim lex ipsa concludit) est accurate formanda, quid scilicet & quantum petat Actor; de hac enim verificatur illud

illud, quòd sententia debeat esse conformis libello. Conclusioni libelli Civilis adjici solet clausula *salutaris* dicta, similibus fere verbis concepta: *Super his omnibus peto mihi jus & justitiam administrari omni meliori modo & forma, qua de jure, statuto, vel consuetudine fieri potest.* Hujus effectus est, ut Actor censeatur omne jus suum in judicium deduxisse. Alii apponunt etiam hanc clausulam: *Salvo jure addendi, minuendi, corrigendi &c.* quæ ultra jus commune nihil operatur.

Q. 3. Quanam sint proprietates libelli & qua vitia? Resp. 1. Debet in scriptis offerri. c. 1. b. r. 2. debet esse brevis, hinc superflua rejicienda. L. fin. §. 1. C. de appel. 3. clarus & perspicuus esse debet. 4. debet esse ordinatus, constare scil. partibus supra recensitis.

Resp. 2. Vitiosus libellus, id est, qui ob defectum accidentalem possit, non debeat rejici, dicitur. 1. si sit obscurus, nam libellus, in quo non apparet, quid petatur, rejici potest. L. 7. §. 4. ff. de injur. Obscurus tamen non est, adeoque nec vitiosus, si plures in eodem actiones cumulentur. L. 11. ff. de jurisd. modo nihil obstet cumulationi, uti obstaret, si quis actiones contrarias, vel quæ ex unâ eademque causa descendunt, & ad finem eundem tendunt, vellet cumulare &c. 2. Vitiosus libellus est, si sit incertus, cum enim sententia certa esse debeat, quantum fieri potest, etiam libellum certum esse oportet. 3. Si sit generalis, ita ut Accusatorius

torius

torius ipso jure sit nullus. *L. 3. ff. de accusat. civilis* parte solùm excipiente rejiciendus König *b. n. 57.* Casus, in quibus libellus generalis locum habet in judicio, sunt, dum petuntur fructus, expensæ, interesse; in tutelæ vel negotiorum actione, in hæreditatis petitione. *¶. Gail. L. 1. Obs. 63. n. 2.* 4. Si sit *alternativus*, qui ob incertitudinem non admittitur, *regulariter* loquendo; admittitur enim in actione hypothecaria, v. g. si dicat actor, *peto illum condemnari ad traditionem rei obligata, vel ad solvendum debitum*; in materia emptionis, quando agitur ex *L. 2. C. de rescind. vendit.* Vel dum incertitudo provenit ex facto Adversarii. *Gail. L. 1. Obs. 62. n. 4.* vel dum res per moram debitoris est deterior facta; aut quando res petitur restitui, si extet, vel æstimatio ejus, si sit consumpta

Resp. 3. Libellus *omnino ineptus*, in quo omiſſa ea, quæ necessariò exprimenda, & quibus non expressis jus agendi non potest concludi, est nullus; etsi pars adversa non excipiat, nec potest ex eo judex sententiam pronuntiare. *c. 15. de judic.* Vide *Gail. L. 1. Obs. 67. n. 1.*

Q. 4. An libellus ineptè concinnatus permittatur emendari, id est, addi vel demi aliquid, salva libelli substantiâ, ita ut nec res petita, nec causa petendi mutetur? Item an mutari, sive variari permittatur quoad substantiam, ut nova in libello causa agendi proponatur, alia res prorsus diversa petatur? *Resp. ad 1. aff.* Emendari libellus potest, etiam post litem contestatam usque ad sententiam definitivam,

fructivam. *L. 21. §. 1. ff. qui testam. fac. L. 4. §. fin. ff. de Noxal. Act.* Si ergo erravit Actor in nomine rei petitor, in loco vel tempore obligationis contractæ; sit omisit petere accessoria &c. licitum est errorem corrigere; eo quod nec actio, nec causa agendi mutetur.

Resp. ad 2. Mutare libellum licet ante litem contestatam. *L. 3. C. de edend.* quia iudicium propriè ante L. C. cœptum non est: modò Reo novæ concedantur induciæ, & expensæ, si quas fecit, compensentur. *Glossa & DD. in cit. L. 3.* non tamen licet mutare libellum post L. C. nisi Actor velit novo libello uti & novâ instantiâ, recedendo à priori cum refusione expensarum juxta *c. 15. de judic.* Ratio quia per litem contestationem partes obligantur instantiæ, ut ab ea ob quasi contractum recedere non possint. *L. 25. ff. de R. V. L. 52. princ. ff. de jud. L. 4. C. de jurisd. omn. jud.*

Q. 5. Quinam sint effectus oblatis libelli? Resp. Seqq. 1. ferenda est sententia secundum petitionem in libello formatam. *c. 2. de ord. cogn. c. 24. §. fin. de Accusat.* 2. Actor post libellum per iudicem reo porrectum tenetur litem proseguere. *Auth. qui semel. C. quom. & quand. jud.* modò tamen rei intersit, aut Actor expensas reo paratus sit refundere. *Reiffenst. h. n. 40.* 3. Oblatio libelli rem facit litigiosam à die intimatæ reo citationis. *Clem. 2. ut lite pend.* 4. Secuta citatione interruptitur præscriptio. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. &c.*

Liber II.

C

§. 2.

J. 2. de Citatione:

Q. 1. *Cur hic agatur de citatione, & quid sit*
Resp. ad 1. Cum non extet specialis rubrica de citatione in Jure Can. uti tam in ff. quæ Cod. extat Tit. *de in jus vocando*; necessitas tamen sit de ea tractandi, priusquam ad alios actus judiciales procedatur, hic magis congruè de ea tractatur, utpote quæ sequi solet oblationem belli, & hoc oblato per actorem Judici Reus citari.

Resp. ad 2. Citatio est legitima alicujus in jus vocatio juris experiundi gratiâ. *L. 1. ff. de in jus vocand.* vel aliquantò explicatius: est actus judicialis, judicii præparatorius, quo is, quem in judicio sisti opus est, judicis mandato vocatur in jus seu judicium, juris experiundi gratiâ. *Pirh. de for. comp. n. 212.*

Q. 2. *Quotuplex sit citatio?* *Resp.* Alia est, quæ fit à jure, cujus exemplum est in *c. 1. de elect. in 6.* alia quæ fit ab homine, scil. judice. Hæc vel est *Realis*, dum persona in judicium vocanda auctoritate judicis à ministris justitiæ apprehenditur vel capitur. *L. 8. C. quom. & quand.* vel est *Verbalis*, quando Judex Apparitorem, Nuntium aut Pedellum ad reum mittit, eique ore tenus vel in scriptis facit significari, ut ad certum diem compareat in judicio. Verbalis iterum duplex est, scil. *Privata* quæ fit vel *in faciem Rei*, vel ejus Procuratoris vel *in absentia Rei ad ejus domum*; & *Publica*, quæ publicè

publicè per Proclama, vel vocem Præconis, vel per campanam, vel per *Edictum* in publicis locis affixum fieri solet; sin hoc ultimo modo fiat, dicitur *Edictalis*. Demum alia est *Citatio simplex* quæ citatum non comparentem non reddit prius contumacem, quàm 3. vicibus sit repetita *L. 9. C. quom. & quand. jud.* interposito tamen inter singulas competente spatio, scil. *de jure* 10. dierum. *Alia peremptoria*, quæ semel tantum fit, & contumacem tamen reddit vocatum in jus, si præfinita die non compareat. Tantum autem temporis hæc contineat, quantum 3. simplicis simul: item verbum *peremptoriè* in ea expressum esse debet. *L. 72. ff. de jud.*

Q. 3. Citatio an necessaria? Resp. aff. ita quidem, ut *quoad absentem* sit simpliciter necessitatis quoad valorem iudicii *c. 10. de Constit. c. 2. de sent. & re jud.* ratio, quia videtur esse juris naturalis, cum spectet ad necessariam sui defensionem, quâ contingit ordinariè, ut vel culpa, vel pœna saltem possit minui. Nec *reus* tantum citandus, sed etiam alii, quorum primariò interest. arg. *L. 39. ff. de adopt. L. 47. ff. de re jud.* Dantur tamen plures exceptiones, quæ vel in non necessitate, vel impossibilitate defensionis fundantur: v. g. dum crimen vel non jus partis est notorium *c. 5. de appell.* vel dum quis dolosè latitat, vel se occultat: aut periculum est in mora: item in causa hæresis. *c. fin. de hæret. in 6.* vel dum causæ cognitio non requiritur. *L. 9. §. 1. ff. de off. Procons.*

Q. 4. Quid observandum in citatione reali, edictali,

edictali, verbali? Resp. ad 1. Citatio realis non nisi à iudicibus Ordinariis fieri potest, non à Delegatis regulariter, qui tantum in quibusdam casibus possunt citare personaliter de Jur. Can. c. 1. de jud. in 6. Deinde adhibetur in causis criminalibus, non tamen indistinctè. Engel h. n. 14. ex notabili textu L. 1. ff. de custod. & exhibit. reor. Demum rarissime in Civilibus locum habet. Vid. L. 10. §. 16. ff. quia in fraud. credit.

Resp. ad 2. Citatio Edictalis etiam non permittitur Delegatis inferiorum, sed solis iudicibus ordinariis. Auth. qui semel. C. quom. & quand. Habet tantum locum, si quis citari aliàs non potest, v. g. si locus, ubi citandus moratur, non sit tutus; si extra territorium citantis; si remotus aut verius; si contradictor incertus &c. Fieri debet, antequam decernatur, summaria inquisitio. Legi item per Nuntium, & post lectionem in locis consuetis, pluribus, non uno tantum affigi: affixæ relinquenda est spatium ex arbitrio iudicis determinando.

Resp. ad 3. Citatio Verbalis, dum fit in scriptis, continere debet nomen & cognomen iudicis citantis, ut scilicet reus cognoscat, quis & qualis sit iudex; cum mandato iudicis fieri tantum possit citatio, siue deinde is sit Ordinarius, siue delegatus. Nomen & cognomen rei, siue ipsius citandi. c. 36. de rescript. nomen & cognomen Actoris, quia ad hujus instantiam fit citatio: locum iudicii. c. fin. de rescript. causam sal.

saltem in genere, ob quam quis citatur. *Clem. 2. ut lite non contest.* Certum terminum, ne sit citatio vaga; congruum & competentem, ne impossibilis fiat comparitio: diem etiam certum juxta stylum omnium Curiarum, ut sciatur, an dies sit juridica, nec ne, non tamen horam.

Q. 5. Quomodo citatio mandanda executioni?

Resp. 1. Juxta dicta superius, *Realis* subditi etiam proprii extra territorium sine licentia Domini territorialis fieri non potest, ob defectum jurisdictionis. *Verbalis* autem respectu sibi subiecti juxta C. de Luc. fieri potest, quia non est actus jurisdictionis, sed mera executio. Suadet tamen, ut ad vitandas tricas judex loci per *litteras subsidiales* requiratur, ad faciendam vel per suos Ministros vel Nuntium ab alieno judice missum citationem. Si nec hic modus procedat, veniendum est ad *edictum* in locis finitimis affixum.

Resp. 2. Ex stylo Cameræ fit citatio per Nuntios juratos, quibus credi debet: quovis die, modo non de nocte: facienda est autem in *faciem rei*; unde hic diligenter inquirendus: Si nec is, nec ejus Procurator repertus, domesticis & in horum defectu vicinis relicto suæ commissionis exemplo, denuntiatio debet exponi. *c. 3. de dolo.* Si nec hoc fieri possit, vel non expediat, affigatur ad domum habitationis, coram duobus aut tribus testibus. *arg. L. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam.* Demum executione facta incumbit Nuntio facere relationem in acta referendam,

quæ ratio pars est processûs substantialis, ut sine illa neque hic, neque sententia valeat. *Gail. L. 1. obs. 54. n. 7.*

Resp. 3. Si plures sunt principaliter intereffati, citandi sunt omnes v. g. ejusdem hæreditatis plures possessores. Ratio, quia omnes unam personam repræsentant. Quandoque tamen una persona pro alia citari potest, v. g. maritus in causa uxoris &c.

Q. 6. Quinam sint effectus citationis valida?

Resp. 1. inducit præventionem, ut dictum. 2. perpetuat jurisdictionem judicis delegati, ut morte delegantis non exspiret. *C. 20. de off. deleg. 3.* Inducit litis pendentiam juxta dicenda infra *ad tit. 16. & Clem. 2. ut lit. pend.* 4. facit rem litigiosam, ut prohibita sit ejus alienatio regulariter. *Auth. litigiosa C. de litigios. 5.* interrumpit præscriptionem. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 6. citatum adstringit ad comparandum, nisi justâ exceptione se tueatur, ut adeo ad instantiam partis possit in eum tanquam contumacem procedi. *C. 2. de dol. & contum. &c.*

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus.

Q. 1. Quid hic intelligatur per mutuas petitiones? *Resp.* Nihil aliud, nisi conventio coram Judice ex parte Actoris, & reconventio ex parte Rei; dum scilicet hic viso Actoris libello,

lo, quo quid à se petit, vicissim oblato libello petit aliquid ab Actore, ita ut interveniant petitiones duæ reciproæ, quas mutuas vocant AA.

Q. 2. Quid juris sit circa reconventionem?

Resp. 1. Approbata est reconventio c. 1. & 2. h. t. L. 14. junctâ Auth. Et consequenter. C. de sent. & interloc. Ut quis patiatur se reconveniri coram eodem judice, sive Ordinario, sive delegato, licet non sit proprius, coram quo convenit Adversarium. Modò delegatus sit constitutus ad instantiam Actoris; si enim ad instantiam utriusque, imputet sibi Reus, quòd in rescripto causam reconventionis exprimi non curaverit.

Resp. 2. Reconvenire potest Actorem omnis conventus, modò facultatem agendi habeat. Ratio, quia reconvenire est agere, ergo. Agendi autem facultate destituuntur Excommunicati, proscripti vel Banniti. c. 12. de except.

Q. 3. Quinam reconveniri possint, & in specie num Actor Clericus coram judice seculari? Resp. ad 1. Regulariter adversus quemlibet Actorem reconventio à Reo potest institui. L. 14. C. cit. Nisi tamen Actor fuerit agens alterius nomine Procurator, nequit enim hic de proprio debito reconveniri; uti nec Tutor vel Curator, dum agunt nomine pupilli aut Minoris.

Resp. ad 2. Clericus de jure scripto probabilius non potest reconveniri à Laico, reconventionem non per modum exceptionis, sed actionis

proposita. Ratio, quia reconventio est secunda conventio; atqui conveniri non potest Clericus coram iudice sæculari, ergo nec reconveniri. Deinde cessat in Clerico ratio reconventionis expressa in *L. 14. C. de sent. & interloc.* Ergo. *De iure scripto*, nam vi consuetudinis & receptæ praxeos in tribunalibus Clericus potest reconveniri. Haunold, Wiestner, Schmalzgr. & AA. comm. qui tamen triplicem addunt limitationem. 1. ut causa non sit spiritualis, vel criminalis. 2. ut reus non procuraverit fraude vel dolo se conveniri coram iudice Laico. 3. ut executio sententiæ à iudice Laico latæ iudici Ecclesiastico relinquatur.

Q. 4. In quibus causis locum habeat mutua petitio, seu reconventio? Resp. 1. In omnibus specialiter non exceptis. Comm. ex L. 1. §. ult. ff. de extraord. cognit. Sive utraque causa sit ejusdem, sive diversi generis; sive utraque actio realis sit, sive conveniar ego reali, velinque reconvenire personali. Ratio, quia jura generaliter loquuntur.

Resp. 2. Locum non habet reconventio in causis executivis, seu habentibus paratam executionem, quia in his cessat ratio & finis: nec in causa depositi vel compensationis c. 2. de deposit. L. 11. C. depositi. Nec in causa summaria, si reconveniens velit processum *Ordinarium* instituire. Intelligenda hæc quoad effectum simultanei processus. 2. Non in causa appellationis; quia iudex appellationis unice ad hoc eligi-

eligitur, ut judicet super sententia judicis in primâ instantia, eam vel reformando vel approbando. 3. Non in causa spoli, quia spoliatus ante omnia restituendus; nisi reconventio fiat super spolio in re diversa. 4. Non in causis à jurisdictione judicis, coram quo facta est conventio, exemptis, qualis causa est spiritualis respectu Laici, feudalis respectu eorum, qui non sunt domini vel Pares Curia &c. 5. Non permittitur Actori reconvento reconvenire iterum reum; ne fiat nimia petitionum coacervatio. 6. Non in causis criminalibus criminaliter intentatis, si accusatus reaccusare velit criminaliter. *L. 19. C. de his, qui accus. L. 5. ff. de publ. jud.* quod ipsum tamen variè limitatur.

Q. 5. Quinam sint effectus reconventionis?

Resp. Primus est prorogare jurisdictionem judicis, ut Actor per reconventionem reconventus ita subjiciatur judici, coram quo causam agit, ut in causa reconventionis eum, licet alias non competentem, nequeat reculare. *L. 14. C. de sent. & interloc.* Effectus secundus est, facere processum simultaneum, ut nimirum causa utraque simul ventilanda, & unâ sententiâ sit terminanda. Modus hîc procedendi describitur à Schmalzgr. *h. n. 12.* Ut utrumque hunc effectum operetur reconventio, necesse est, eam proponi ipso litis exordio. *c. 1. h. t. Clem. 2. §. verum de V. S.* aut saltem immediatè post litem contestatam. Barb. in *L. 29. ff. de judic.* Nam post unum aut plures actus à litis contestatione, durante li-

tis tempore proposita effectum prorogationis solum habet. *Arg. c. 3. §. reus de rescript. in 6.*

TITULUS V.

De litis Contestatione.

Q. 1. *Quid sit litis contestatio?* *Resp. 1.* Litis contestatio, quæ est principium ac basis iudicii, cum citatio sit potius principium actionis instituendæ, definitur, quòd sit petitio Actoris in iure facta, & congrua responsio Rei secuta animo litigandi *c. un. h. t. & c. 54. §. licet de Elect.*

Q. 2. *Quomodo fiat litis contestatio?* *Resp. 1.* Ex parte actoris, dum is vel per se ipsum vel ad interrogationem iudicis in iudicio repetit narrata & petita libelli sui, affirmandòque vera esse & à se petita, & fieri debere, eaque ut fiant, deposcit, vel etiam simpliciter dicit, *repeto narrata & petita libelli mei*; quæ est contestatio litis affirmativa. Ex parte rei autem, dum is vicissim respondet v. g. *nego narrata, prout narrantur, vera esse*; vel *dico petita fieri non debere*; quæ est contestatio litis negativa. Animus item litigandi ex utraque parte adesse debet, qui, si reus quidem respondeat, dicat tamen, se id tantum informationis gratia facere, de iure non censetur adesse. *Pichl h. n. 2.*

Resp. 2. Litis contestatio fit etiam i. verbis dubitativis, v. g. dum reus dicit, *non credo narrata*

TATA

rata esse vera. Non tamen si diceret; *non teneor respondere.* 2. *Verbis affirmativis*, potissimum dum rei confessio fit mixtâ aliquâ contradictione v. g. dum dicit, *fateor acceptum mutuum, sed nego terminum ad solvendum elapsum.*

Resp. 3. Nec per exceptiones peremptorias, ut clarè habetur. *c. 2. h. t. in 6.* Nec per fori declinatorias. *L. 28. §. 3. ff. de cond. indeb.* Nec per alias dilatorias *regulariter* inducitur litis contestatio. Ratio, quia *peremptoria* destruunt iudicium, *declinatoria* declinant, *dilatoria* differunt.

Resp. 4. Nec per positiones & responsiones ad illas fit litis contestatio. Ratio, quia positiones sunt narrationes quædam breves, seu assertiones facti alicujus ad causam controversam pertinentes, ad veritatem eliciendam conceptæ ab Actore, super quibus is petit sibi responderi ab adversario; atqui hæc in causa principali fiunt modò post litem cont. ergo.

Q. 3. An contestatio litis sit de substantia processûs? *Resp.* Aff. ita ut *regulariter* loquendo totus processus irritus sit, ubi contestatio litis etiam *solemnis & formalis*, quæ fit certis verbis & juxta stylum Curia, est omissa. *c. un. h. t. L. un. junct. Auth. offeratur. C. eod. in summario* semper sufficit simplex litis contestatio, quâ voluntas litigantium quocunque modo declaratur. *Clem. 2. de V. S.*

Q. 4. In quibus aliis causis & casibus non sit opus litis contestatione scil. solenni? *Resp. 1.* In generâ.

genere. In omnibus causis, in quibus non requiritur libellus. Gail. *Libr. 1. Obs. 76. n. 4.* 2. In Specie. In causis appellationis. *c. 58. de appell. contrarium observatur in Camera. Ord. Cam. p. 3. tit. 32. §. 4.* 3. In causis *coram Papa* aliove supremo Principe propositis. Ratio, quia auctoritas Principis defectum juris positivi supplet. Gail. *L. 1. Obs. 75. n. 11.* 4. In quibusdam causis spiritualibus. 5. Denique nulla omnino opus est litis contestatione in causis notoriis; quia in his ordo juris non est servandus. *c. 21. de jurejur.*

Q. 5. Per quos fieri possit litis contestatio? Resp. Non tantum per partes Principales, sed etiam per earumdem Procuratores; item Tutores, Curatores, Syndicos. *L. 4. §. patroni. C. de jud.* Item per responsionem Advocati animo litigandi factam. *c. 62. de appellat. Pichl. h. t. n. 7.* Nec necesse est, Actorem & Reum simul esse eodem tempore coram iudice praesentes, sed potest petitionem Actoris ex intervallo sequi responsio Reus. *L. 2. §. 2. ff. de O. & A.*

Q. 6. Quinam sint effectus Litis contestationis? Resp. 1. Invalida nihil operatur. *Auch. offeratur. C. h. t.* 2. Valida effectus varios habet; v. g. quod per eam in iudicio quasi contrahatur. *L. 3. §. 11. ff. de pecut. 2.* Quod per eam perpetuentur actiones temporales, & poenales incipiant transire ad haeredes & contra haeredes. *§. 1. Inst. de perp. & temp. act.* 3. Quod interruptat praescriptionem, etiam longi temporis. *L. 26. C. de R. V.* 4. Constituat possessorem quo-

quoad perceptionem fructuum in mala fide. *L. 22. C. de R. V.* Quod Procurator fiat Dominus litis, libellique mutatio impediatur. Vid. Engel, Schmalzg. Pichl. Vall.

TITULUS VI.

Ut Lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad Sententiam definitivam.

Q. 1. *Quid prasens rubrica contineat, quaq; sit ejus ratio?* *Resp.* ad. 1. Continet regulam generalem, qua vetatur lite nondum contestata in judicio ordinario procedi vel ad testium receptionem, vel ad Sententiam definitivam, id est, super causa & negotio principali ferendam; ad interlocutoriam enim, quæ super quæstionibus incidentibus vel emergentibus inter principium & finem causæ fertur, potest procedi *c. 19. de judic.* Pich. *h. t. n. 1.*

Resp. ad 2. Ratio Rubricæ est, quia ante litis contestationem causa nondum censetur in judicium deducta. *c. un. de lit. contest.* Testes autem in judicio tantum, & ad judicem informandum audiri debent; ergo.

Q. 2. *Quinam casus expressi sint in jure, in quibus lite non contestatâ testes non sint recipiendi, nec procedendum ad Sententiam definitivam?*

Resp. Seqq. Primus expressus est in *c. 1. h. t.* ubi, quod

quòd si agatur de crimine adulterii civiliter, ad separationem tori vel restitutionem dotis, etiamsi reus sit contumax, non possit procedi ad receptionem testium, vel sententiam definitivam sed tantum ad rei contumacis excommunicationem. Ratio, quia causa hæc est odiosa, in eaque contra, ac in causis matrimonialibus fieri amat, observandus processus ordinarius. *Secundus* expressus est in *c. 2. h. t.* ubi, quod etiam in causa restitutionis, in casu *cap. cit.* contra contumacem proferri Sententia non possit, si non præcessit litis contestatio. *Tertius* in *c. 3. h. t.* ubi, quòd si *reus* se contumaciter absentet, & causa sit talis, in qua missio in possessionem rei petita fieri non potest, non ad sententiam, sed ad censuram tantum Ecclesiasticam possit procedi. *Quartus* est in *c. 4. h. t.* ubi, si in causa matrimoniali testes sint recepti ante litis contestationem, vel post interpositam appellationem, *nulla præcedente contumaciâ rei* conventi, attestations receptas & acta omnia ipso jure esse irrita & nulla. *Quintus* *c. ult. h. t.* dum ibi in princ. dicitur, *cum civiliter agitur &c.* satis indicatur, in causis quidem civilibus, vel criminalibus civiliter intentatis, nunquam in criminaliter intentatis *pro futura accusatione* procedi posse ad receptionem testium. Ratio, cur strictissime si hic observandus ordo judicarius, est gravissimum & irreparabile damnum Rei.

Q. 3. An non dentur casus, in quibus procedi possit ante litem contestatam ad receptionem testium

stium & Sententiam definitivam, & quid tum observandum? Resp. ad 1. Affirm. Primus isque generalis tam pro Reo, quàm Actore est, dum aliàs elaberetur facultas ferendi & recipiendi testimonii. c. ult. §. 1. h. t. 2. dum receptio testimonium adhibetur ad perpetuam rei memoriam. c. cit. §. sunt & alii. Quæ dispositio præsertim favorem Rei spectat, adeo ut Actori nonnisi in raris casibus competat, v. g. dum ei aliquid debetur in diem, vel id à futura conditione aut alterius arbitrio dependet. 3. Si iudex procedit ex officio per viam inquisitionis generalis c. cit. ne scil. delicta maneant impunita. 4. Dum agitur de valore matrimonii carnalis, & reus contumaciter non comparet, & recipi testes possunt, & sententia definitiva ferri. c. cit. §. porro. Disp. inter hunc & casum primum & Quartum quæst. præced. positum assignat Schmalzgrub. h. t. n. 9. 5. Dum agitur de Prælato amovendo ob nullitatem electionis, sive ex defectu formæ, sive vitio personæ proveniente, potest, si contumax fuerit, absque litis contestatione ad receptionem testium & sententiam definitivam procedi. cit. §. porro. c. 37. caus. 11. q. 3. & c. 6. Si Actor post oblatum libellum legitimè citatus contumaciter se absentet, quo casu non tantum reus potest ab eâ instantia absolvi, sed etiam recipi testes ad ejus instantiam, imò ad sententiam definitivam procedi. Auth. qui semel. C. quom. & quand. c. 3. de dolo

Resp. ad 2. Seqq. sunt observanda, 1. Debet

bet subesse rationabilis causa. 2. Requiritur regulariter citatio partis, contra quam producuntur testes. Pirh. h. t. n. 16. 3. Ut actor, dum citari nequit, eundem infra annum continuum à tempore, quo potuit conveniri, conveniat, vel saltem testium receptionem & depositiones ei denuntiet, alias receptio & attestationes, quantum concernunt favorem producentis, sint invalidæ. Ratio, quia testes præsumuntur in fraudem recepti.

TITULUS VII.

De Juramento Calumniæ.

Q. 1. *Quid sit juramentum calumniæ, & quid continere debeat?* Resp. ad 1. Juramentum calumniæ scil. non inferendæ, Germanicè *der Eyd für Gefährde* / est, quod post litem contestatam ab utroque litigantium præstatur coram iudice in loco iudicii publico super tota causa, quo tactis regulariter Evangeliiis jurant, quòd sine animo calumniandi, credentes se habere justam causam, litigare velint. Differt à *Juramento malitiæ*, quòd hoc vel ante, vel post litem contestatam, & toties, quoties est præsumptio, quid dici malitiosè; item quòd super singularibus articulis præstetur; Juramentum autem calumniæ regulariter in eadem causa tantum semel, post L. C. & super toto negotio. Differt etiam à *Juramento veritatis*, quòd hoc fit

fit de *scientia*, & *veritate*, quam jurans scit, dicenda; item super articulo particulari; juramentum autem calumniae fit de *credulitate*, & contineat plura capitula; unde &

Resp. ad 2. Continet seq. articulos. 1. quod partes credant, se justam habere causam, actor scil. agendi, reus se defendendi. *L. 2. C. h. t.* 2. quod interrogati (scil. juridicè) in judicio sint dicturi veritatem. *Nov. 49. c. 1.* 3. Quod non utantur falsa probatione. *Auth. in isto. C. h. t.* 4. Quod nihil promiserint, aut daturi sint, sive per se, sive per alios patrocini causâ judicibus, aliisve personis, iis exceptis, quibus dare salaria jura permittunt. *Auth. principales. C. eod.* 5. Quod non petant calumniosam dilationem. *L. 1. C. h. t.*

Q. 2. An juramentum calumniae necessario præstandum? *Resp.* 1. Aff. ita ut si ab alterutra parte litigantium petitur, & tamen fuerit ommissum, ommissio vitiet processum & sententiam reddat nullam. *L. 2. §. 4. C. h. t.*

Resp. 2. Potest remitti tacitè, illud non exigendo, absque eo, quod per hoc vitietur processus. *c. 1. §. 2. h. t. in 6.* Non expressè à partibus *cit. c. & L.* ratio, quia non pro commodo privatorum, sed ob bonum publicum est introductum.

Resp. 3. Consuetudo abrogans præstationem juramenti calumniae tum introduci potest, si vel ob hominum alicujus loci probitatem videatur sufficere simplex non calumniandi promissio; vel

si e contra tanta foret perversitas hominum, præceptum illud occasionem perjurii præbere adeoque. *c. 5. h. t.* negans introduci posse consuetudinem, intelligi debet de consuetudine non rationabili &c.

Q. 3. A quibus præstari debeat juramentum calumniæ? Resp. 1. A principalibus omnibus Actoris & Reo, nisi specialiter sint exempti, sunt parentes & patroni, dum hi in causis permissis cum liberis aut libertis litigant. *L. 8. §. 5. ff. quæ sitis d. cog.* Dominifendi, dum litigant cum Vassallis, & contra. *2. feud. 33.* Principes supremæ dignitatis, cum dignitas eorum non patitur suspicari æquum calumniandi. Electorum & statuum Consiliiarii actuales in causis suorum Principum per *Recess. Imp. de añ. 1654. §. 37.* quod tamen in Camera nondum receptum notat Roding. apud Lauterb. *ad ff. Libr. 12. tit. 2. n. 41.* Procuratores fisci de consuetudine, ut testatur Gail. *Libr. 1. cap. 90. n. 9.* Qui votum tantum emisissent non jurandi, non eximuntur.

Resp. 2. A Clericis etiam & Religiosis, dum in causa propria per se coram judice Ecclesiastico suo proprio litigant, præstari debet *c. 5. h. t.* Latius hæc habet Pirh. *h. t. n. 11.* Leur. *h. t. Q. 26. n. 3. & 4.*

Resp. 3. Loco principalium personarum, v. g. pupillorum, Minorum, prodigorum, Ecclesiasticorum, Civitatis &c. citra speciale mandatum, & in animam solum propriam à Tutoribus, Curatoribus, Oeconomis, Syndicis, & aliis generaliter

lem bonorum alienorum Administrationem habentibus admittitur juramentum calumniae. *c. 4. h. t. L. 2. §. 4. C. eod.* Ratio, quia hi justitiam causae, ob cujus credulitatem hoc juramentum introductum, melius scire praesumuntur, quam quorum res administrant. A Procuratoribus particularibus particularium personarum, etiamsi juratum sit à principalibus de calumnia, debet hoc juramentum praestari, ut satis provisum sit de evitanda calumnia. *c. 1. §. procuratores. h. t. in 6.* & quidem dupliciter, semel in animam domini sui, deinde in animam suam, sive nomine proprio; atque ad primum egent speciali mandato. *c. 3. h. t. in 6.*

Resp. 4. Ab Advocatis itidem & patronis causarum juramentum calumniae est praestandum *L. 2. C. h. t.* consuetudo tamen modò obtinet, ut hi in susceptione muneris tantum praestent juramentum generale.

Q. 4. In quibus causis praestandum juramentum calumniae? *Resp.* Nisi tacite remittatur, spectato jure in omnibus, in quibus opus est probatione. *L. 1. C. h. t.* sive sint Civiles, sive Criminales, saltem in his ex parte Accusatoris. *c. 1. §. itaque h. t.* sive temporales, sive spirituales. *c. 2. h. t. per c. 1. §. fin. h. t. in 6.* est correctum. Sive sint causae primae, sive secundae instantiae, id est, appellationis *c. 2. §. 1. h. t. in 6.* sive feudales, si scilicet Vassalli inter se, vel cum tertio non Vassallo litigant; sive matrimoniales, sive coram delegato aut Ordinario judice tractentur. &c.

D 2

Q. 5.

Q. 5. Qua sit pœna hoc juramentum præstare recusantis, & quis effectus præstiti? Resp. 1. Ad hoc si detrectet jurare, cadit causâ, & tanquam improbus litigator à judicio repellitur. *c. fin. §. per b. r.* Réus habetur pro confesso. *L. 2. §. 6. C. de Ad utramque tamen pœnam incurrendam oportet esse sententiâ judicis. L. & c. cit., unde passim AA. aliquæ sequelæ deducuntur. Imò dantur casus, in quibus pœna hæc vel omnino non, vel limitatè tantùm incurritur; talis est causa criminalis. *Vall. h. §. 4. n. 3.* spiritualis, ne detur vitæ ingressus. *c. 1. de R. I. in 6. & c.* Deinde contumacia Procuratoris non nocet Domino, adeo ut pupillus, & quicumque alius, cujus causa agitur, ideo eâ non cadat, vel pro confesso habeatur. *L. un. §. 2. ff. si quis jus dicenti non obtemp.* non obstante. *c. 4. h. r.**

Resp. 2. Præcipuus & ferè unicus effectus præstiti juramenti est, quòd jurans excusetur à calumniâ præsumpta arg. *c. 5, h. r. & L. 1. C. de* non verò liberatur, ut aliqui volunt, à solvendis expensis. AA. communiter.

TITULUS VIII.

De dilationibus.

Q. 1. Quid sit dilatio? Resp. Dilatio judicialis de quà hic sermo, & quæ ita dicitur, quæ durante judicio, sive à citatione usque ad sententiam, ejusque executionem conceditur, definitur potest, quòd sit certi temporis ad actum aliquem judicis

judicialē commodiū exercendum concessio.
 A *prorogatione* differt, quòd hæc sit termini concessi nondum elapsi ulterior, seu in alium extensio aut productio.

Q. 2. Quotuplex sit dilatio? Resp. Respectu effectus, quem inducunt, aliæ sunt *peremptoria*, quæ semel tantum concessæ elapso termino negotium seu causam perimunt; aliæ *non peremptoria*, quæ semel & iterum concessæ disceptationem tantum differunt. A causâ *efficiente* aliæ sunt *Legales*, quæ à Lege, vel consuetudine conceduntur; exempla sunt in *c. 15. desent. & re jud. L. ult. C. de tempor. in integr. restit.* Aliæ *conventionales*, quæ ex mutuo partium consensu dantur. Vid. *c. 28. de off. deleg. L. 113. ff. de V. S.* Aliæ *judiciales*, prout opponuntur *Legalibus* & dicuntur *arbitraria*, quæ arbitrio judicis inspectâ causæ & personarum qualitate, loci distantia &c. longiores vel breviores conceduntur. Hæ *judiciales* pro numero trium judicii partium subdividuntur in *citatorias*, *deliberatorias*, & *recusatorias*, quæ dantur in prima judicii parte à citatione ad litis contestationem. Deinde in *probatorias* & *allegatorias*, quæ à L. C. ad sententiam definitivam conceduntur Actori ad positiones & articulos probatoriales formandos, & testes ac instrumenta conquirenda; Reo ad respondendum & ad suas exceptiones formandas. Demum in *definitorias*, quæ litigantibus ad audiendam sententiam præfiguntur; & in *Executorias*, quæ condemnato conceduntur ad solutionem, aliâ-

que satisfactionem præstandam. In Civilibus personalibus actionibus de jure est quadrimestris *c. 26. de off. deleg. L. 31. ff. de re jud. In Realibus & Criminalibus regulariter locum non habent dilationes, nisi fortè ex speciali ratione, v. g. cum mulier prægnans ad mortem est damnata &c.*

*Q. 3. Quid de singulis in 3. judicii partibus intervenientibus dilationum speciebus notandum? Resp. 1. Dilatio citatoria est, quæ Reo absenti & citatus datur ad comparandum & respondendum libello: suapte naturâ peremptoria non est; quia Reus non nisi ad tertiam, quæ proinde peremptoria erit, comparere tenetur. *L. 68. ff. de jud. De jure antiquo citatio simplex 10. de jure recentiori per Auth. qui semel. C. quom. & quand. 30. dies requirit, adeoque peremptoria 90. In praxi tempus hoc juxta prudens judicis arbitrium vel extenditur, vel arctatur.**

*Resp. 2. Dilatio deliberatoria est, quæ Reo datur, ut viso Actoris libello deliberare possit, an litigare velit; cui etiam ea non conceditur, si per literas citatorias plenè instructus erat *c. 2. h. r. Spectato jure communi tempus harum induciarum sunt 20. dies à die porrecti reo Libelli computandi. Auth. Offeratur. C. de litis. contest. probabiliter tempus hoc moderari potest judex, estque disparitas inter terminum decennii ad appellandum à jure simpliciter constitutum, & inter terminum hunc ministerio judicis concedendum. Ex se dilatio hæc est peremptoria, ut non nisi unica**

unica dari debeat, nisi legitimâ causâ urgente, quales refert Schmalzg. *h. n. 9.*

Resp. 3. Dilatio *recusatoria & declinatoria* illa est, quæ datur ad exceptiones dilatorias opponendas, priusquam litis contestatio fiat. *c. 4. de except.* Sicut plures sunt causæ excipiendi, ita & plures sunt casus, in quibus hæc dilationes conceduntur. Plura infra *de except.*

Resp. 4. Dilatio *probatoria* plerumque conceditur ad instantiam partis litigantis. Vide *L. 1. & 4. C. h. t.* Habet pro termino de *jure communi* tres menses; dum tamen ex aliena provincia probationes petendæ, sex. *L. 1. & fin. C. h. t.* Est *regulariter* *peremptoria* etiam non addito *av peremptoriè*, in causis *civilibus & pecuniariis*, ita ut per se loquendo non nisi semel, seu unica tantum dilatio ad probandum dari debeat. *L. 1. cit.* Nisi tamen vel terminus nimis brevis fuisset assignatus, vel justum impedimentum intercurrisset, vel nova causa aut probationes emerfissent, tum enim secunda, imò & tertia concedi posset. *c. 4. de except. L. 7. ff. de feriis.* quartam dicunt abrogatam per *Recess. Imp. 1654. §. 50.* & praxin *Camera.* In causis *Criminalibus* dari possunt Reo tres dilationes, Accusatori duæ, ex quacunque causa & nullo impedimento allegato, modò non sit præsumptio, quòd malitiosè petantur. *L. fin. ff. de feriis.*

Resp. 5. Dilationi *definitoria* certum tempus à jure præfixum non est *c. 24. de off. deleg. L. 71. ff. de jud.* De *executoria* dictum est supra.

D 4

Q. 4.

Q. 4. Quis sit effectus dilationis? Resp. Primus est, quòd eà durante officium judicis quiescat quoad articulum, super quo data dilatio, in præjudicium ejus, qui illam impetravit. L. 3. C. de dilation. Effectus secundus est, quòd, quando terminus dilationis advenit, regulariter habeat vim sententiæ interlocutoriæ, & perimat actum qui eo tempore fieri debebat, ita ut pars postea comparens non amplius audiatur. L. fin. ff. de feriis. L. 13. §. ff. de excus. tutor.

Q. 5. Quomodo tempus concessarum dilationum computandum? Resp. 1. juxta Minfing. Cent. 1. Obs. 55. n. 4. sententia in Camera recepta est die, à quo dilatio incipit, non esse computandum. arg. e. 1. de rest. spol. in 6. c. 1. de except. in 1. Adeoque licet & hic computetur tempus de momento in momentum, id tamen fit modò tum quando tempus currere incepit.

Resp. 2. Dies etiam feriat, qui interea occurrunt, in terminum dilationum computandi sunt. L. 3. C. h. t. nisi feriæ totum vel majorem partem temporis absorberent.

Resp. 3. Postremus dies pro termino assignatus cedit in commodum petentis dilationem, arg. L. 1. §. 9. ff. de successor. edict. L. 30. §. 1. ff. ad Jul. de adult. §. 2. Inst. de V. O.

§ (57) §
TITULUS IX.

De feriis.

Q. 1. *Quid sint feriae & quotuplices?* *Resp.* ad
1. Feriæ (vel dies feriatæ, festi, nefasti)
hic sunt dies sive tempora, quibus jus non dicitur,
sive quibus à negotiis forensibus & actibus judi-
cialibus vacatur. *L. 5. & 6. ff. h. t.* olim feriæ ap-
pellabantur etiam *justitium*, quòd jus staret, nec
progredereetur. Differt hic titulus à priori, secun-
dum omnes.

Resp. 2. Aliæ sunt feriæ *solennes* vel *Ordinaria*,
quæ certo jure Ss. Canonum & Legum constitu-
tæ statis temporibus quot annis recurrunt; aliæ
extraordinaria seu *repentina*, quæ non certa & sta-
bili lege sed propter extraordinarium quendam
eventum Principe dantur, v. g. ob insignem victo-
riam, nativitatem Principis, grassantem luem &c.
Utræque dividuntur in *Sacras*, id est, in cultum
Dei & venerationem sanctorum institutas *c. fin.*
h. t. L. 7. C. eod. & in *profanas*, quæ hominum
gratiâ, ob illorum scilicet necessitatem vel utilitatem
sunt institutæ, ut feriæ messis, vindemiæ; quæ
non solis rusticis & ruri laborantibus, sed etiam
militibus, Clericis, studiosis &c. profunt, arg.
L. 1. ff. h. t. cujus verba sunt generalia.

Q. 2. *Quis possit indicare ferias?* *Resp. 1.* *Sacras*
potest tantum Magistratus Ecclesiasticus, scilicet
Papa pro universali Ecclesia, Episcopus pro sua

D §

diocæce-

diocesi instituire. *c. 10. de Constit. c. fin. de reb. Eccles. alien.* Constit. Innoc. X. *Cum nuper.* edit. 1657. Ratio, quia potestas instituendi ferias sacras est spiritualis, Laicis non competens.

Resp. 2. Extra dubium est, *profanas* institui posse à Magistratu Laico, per se tamen à solo Magistratu supremo. *L. 4. C. h. t.*

Resp. 3. An consuetudine possint introduci feriarum sacrarum, vel abrogari, colligendum ex dictis ad *Tit. de consuetud.*

Q. 3. Quando incipiant feria, & an partes eis possint renuntiare? Resp. ad 1. Quoad publicam divinorum officiorum celebrationem festa dies incipit à vesperà diei præcedentis, & durat ad vesperam sequentis; quoad vacationem ab operibus & actibus prohibitis ex consuetudine à medio noctis ad medium noctis. A Ictis dicitur hoc spatium dies *civilis L. 8. ff. h. t.* quia originaliter hæc determinatio est à Jure Civili & spatium, quo sol est supra horizontem, dies *naturalis*, quia ejus causa est naturalis? ab Astronomis autem dies *artificialis*. In dubio nomine diei venit civilis, utpote vulgaris & communis, nisi fortè subjecta materia aliud suadeat. Quoad ferias *messium & vindemiarum* consuetudo locorum attendenda; cum tamen feriarum hæ non ubique incidant in idem tempus, locus judicis, sive in quo agitur iudicium, attenditur. *Abb. in c. fin. h. t. Pirh. h. t. n. 24. in fin. ferias nuptiarum indixit Trid. Sess. 24. c. de re-form. matr.*

Resp.

Resp. ad 2. Feriis *Sacris* renuntiare non possunt partes. *c. ult. h. t.* nec *repentinis ob causam publicam*, quia uti *sacræ*, ita & hæc magis publicum, quàm partium favorem spectant: possunt tamen feriis *rusticis c. fin. cit.* & arg. ex ratione opposita.

Q. 4. An & quæ jurisdictio exerceri possit diebus festis? Resp. 1. Validè & licitè exerceri possunt actus jurisdictionis *voluntariæ* feriis tam profanis, quàm *sacris*. *L. 3. ff. h. t. & arg. c. ult. eod.* adeoque rectè fit his diebus emancipatio, manumissio servorum, designatio, excusatio, amotio tutorum, constitutio alimentorum, concessio *venia ætatis*, celebratio contractuum, creatio Magistratum, concessio privilegiorum, dispensationum, indulgentiarum, &c.

Resp. 2. Actus jurisdictionis *contentiosæ*, qui cum strepitu judiciali exercentur, tam feriis profanis, quàm *sacris* utroque jure non tantum sunt prohibiti. *c. fin. h. t. L. 1. & 6. ff. L. 2. & 7. C. eod.* sed etiam ipso jure invalidi. *L. 2. C. h. t. c. ult. eod.* nisi feriis profanis partes renuntiârint, & nisi sint causæ *summariæ*, quas in feriis profanis tractare permittit *L. miles. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* & nisi in feriis *sacris* *urgens necessitas vel pietas* suadeat, uti habet *c. ult. h. t.* Vide Pichler, qui *h. n. 6.* allegat actus específicos titulo necessitatis vel pietatis licitos exerceri.

Resp. 3. Actus certò irriti, si fiant in feriis, extra casus prædictos sunt *citatio*, prout complectitur *mandatum de Reo citando à judice datum*

tum

rum pro tribunali sedente, vel quæ fit per manuum
 injectionem, vel quâ Reus *expresse* vocatur ad
 diem feriatam. *Juramentum judiciale: jurata te-*
stium depositio & receptio. Sententia pronuntiatio,
 quæ supponit causæ cognitionem: *sententia publi-*
catio vel ad pœnam condemnatio, aut executio. sive
 hæc fiant à judice, sive ab Arbitro *L. 7. C. b. 1.*
 Deinde *actus probabilis* irriti sunt, offerre libellum
 judici tantum: dare mandatum de Reo citando,
 si non detur à judice pro tribunali sedente: execu-
 tio citationis per Apparitorem &c. Quia talia
 licet non sint actus judiciales strictè loquendo,
 fieri tamen non solent sine cognitione & strepitu
 judiciali.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

Q. 1. *Quid veniat hic nomine Ordinis cognitio-*
num? Resp. Cum Reus post *L. C. jura-*
mentum calumniæ, dilationes &c. solebat sub-
 inde vicissim aliquam quæstionem, antequam pe-
 titiōni Actoris respondeat, proponere, præter-
 tim per modum exceptionis, adeoque plures ve-
 niant in idem judicium quæstiones, agitur hic
 de *Ordine cognitionum seu judiciorum,* qui aliud
 non est, quàm Ordo servandus à judice in co-
 gnitione plurium quæstionum, quæ in eodem ju-
 dicio concurrunt inter easdem personas. Dif-
 fert à *Tit. 4. de mutuis petit.* quia ibi principa-
 liter

liter tractatur, an reus conventus possit Actorem reconvenire, & coram quo iudice; in hoc autem generaliter, si duæ vel plures causæ veniant in iudicium, de qua prius cognoscendum.

Q. 2. Quanam regula generales sint statuenda circa Ordinem cognitionum? Resp. 1. Prima est: Ex duabus vel pluribus causis, quarum una viam parat alteri, vel eam impedit, prius est cognoscenda quæstio viam parans; v. g. prius causa possessionis quam proprietatis. L. 13. C. de R. V. L. 3. C. de interd. Item exceptio excommunicationis Actori objecta prius, quàm causa in iudicium deducta. arg. c. 7. de iudic.

Resp. 2. Regula secunda est: Ex duabus vel pluribus causis in iudicium deductis prius ista est cognoscenda, à qua dependet altera, ut latâ in eâ sententiâ absolutoriâ altera absorbeatur & perimatur, unde & præjudicialis dicitur. Exempla habentur in can. fin. caus. 3. q. 11. c. 5. qui filii sint legit. L. 1. ff. si quis alig. test. prohib.

Resp. 3. Regula tertia: Cognitio majoris causæ præmittenda est cognitioni causæ minoris. L. 54. ff. de iud. quia scil. major minorem ad se trahit. Exemplum est in L. 16. ff. de except. & præscript. Item si causa Criminalis cum Civili concurrat, Civilis cedit Criminali in cognitione. L. fin. C. de ord. iud. modò tamen utraque mota sit æque principaliter. Vide etiam Pirh. h. n. 18. VViestn. n. 7.

Resp. 4. Regula quarta est: Si opponitur exceptio peremptoria, hæc quidem prius discutienda

da

da est juxta *c. 1. h. t.* non tamen necesse est, ut super eadem feratur sententia; quia pronuntiatio super causa principali jam in se includit pronuntiationem tacitam super incidenti peremptoria exceptione. *c. 21. de sent. & re jud.* excipitur dum quæstio incidens coram alio iudice, & principali coram alio est ventilanda, uti in casu *c. 3. h. t. & c. 5. qui fil. sint legit.* Exceptio autem dilatoria & cognosci prius & decidi debet, quam ad causam principalem procedatur. *L. 4. C. de dilat. L. 26. C. ad L. Jul. de adult.* Ratio, quia aliàs involverentur contraria in tali processu.

Q. 3. Quid dicendum sit in casibus particularibus circa ordinem cognitionum; Resp. 1. Prius cognoscendum est super causa incidente impedimenti matrimonii dirimentis, qui est casus *cap. 1. h. t.* Ratio ibi expressa est, quia exceptione illa probata quæstio principalis perimitur. Non obstant textus *c. 16. de off. deleg. c. 4. §. mandatum. ut lite non contest. c. 10. & 13. de restit. spoliat.* quod enim in casibus horum textuum processum sit ad causam principalem objectâ licet exceptione, ideo factum, quia intentabatur *possessorium recuperanda;* in *c. 1. autem petitorium.*

Resp. 2. Si causâ principali sæculari in iudicium sæculare deductâ incidat causa spiritualis præjudicialis, hæc prius, & quidem à iudice Ecclesiastico decidenda est. *c. 3. h. t. & c. 5. qui fil. sint. legit.* nisi quæstio incidens sit tantum per accidens spiritualis. *Pirh. h. n. 17.* aut sit quæstio meri facti, reusque conventus sit laicus. *arg. c. 2. de iurejur.*

in 6. Potest tamen Judex Ecclesiasticus, aliàs etiam incompetens, cognoscere super causà temporali incidente; quia hic non est incapax respectu causæ temporalis, uti laicus respectu spiritualis. Eodem modo dicitur de casibus in *L. 3. C. de judic.* & *L. 1. C. de ord. cogn.* expressis.

Resp. 3. In causa spoliï si reus conventus ab auctore super spolio vicissim spoliationem opponat *per modum exceptionis*, prius audiendus est reus super exceptione spoliï, eaque probatà, auctori prius respondere non tenetur, quàm restitutus sit. *6. 2. h. t.* Ratio, quia exceptio spoliï dilatoria est; & regulariter exceptiones dilatoriæ ante *L. C.* sunt proponendæ. Si spoliatio autem *per modum actionis & reconventionis* proponatur, cum hoc casu duæ sint causæ principales, utraque causa simul tractari debet & terminari juxta dicta ad *Tit. de mut. petit.*

TITULUS XI.

De Plus Petitionibus.

Q. *1.* Quid contineat hic titulus, & quot modis plus petitio fieri possit? *Resp.* ad 1. Cum quandoque auctor plus petat, quàm sibi debeatur, idque à reo ipsi objici, contraque eum formari possit exceptio & quæstio incidens, hinc titulus hic priori subjicitur.

Resp. ad 2. Quatuor modis plus peti potest, re, loco, tempore, causa. *c. un. h. t. §. 33. v.* plus autem *Inst. de Action. 1.* Re seu quantitate plus

plus petitur, dum v. g. petuntur 100. cum debeantur solum 50. vel dum tota hæreditas petitur, cum debeatur pars tantum: quod ipsum tamen intelligitur juxta Pirh. *h. t. n. 4.* de principali debito, non de accessoriis, adeo ut is qui petit fundum cum fructibus aut rem cum interesse, nec fructibus sibi debitis nec interesse, pœnam plus petentium non incurrat. 2. *Causâ* plus petitur, dum quis pro re in genere vel alternativè debita petit rem determinatam, v. g. si cui promissus est equus, petit Bucephalum; cui debentur 50. imperiales vel equus, determinatè equum petit. Ratio, quia in debitis *rerum* indeterminatis & alternativis electio est debitoris. §. 33. *¶. hinc autem, Inst. de action.* *Causâ* plus petens differt à plus petente, quòd plus re petens ad illud agat, quod nullo modo in obligationem deductum est; in alternativis autem debitis utrumque sit in obligatione, ita tamen, ut electio sit penes debitorem. 3. *Loco* plus petitur, dum aliquid petitur nec in loco initii contractûs, nec in loco, in quem solutio promissa, nec in loco, ubi debitor habet domicilium. Rationem, cur hic plus petere dicatur, insinuat §. 33. *cit. ¶. loco.* 4. *Tempore* plus petitur, dum quis præmaturè, seu ante diem statutum, vel ante impletionem conditionis petit. §. *cit. ¶. tempore,* ubi & notandum, quòd actore plus petente reus negare possit totam petitionem. arg. *L. 13. §. 3. ff. de reb. dub. &* quòd creditor per errorem minus, ac sibi debetur, petens non noceat sibi aut præjudicet. §. 14. *Inst. de Action.*

Q. 2. Qua sit pœna plus petentium? Resp. Olim plus petentes causâ cadebant, remque totam amittebant. §. 33. *Inst. de Action.* Hodie rigor hic sublatus est, unico casu excepto *L. unic. C. h. t.* In specie plus tempore petentis pœna est remotio illius ab instantia istius iudicii; condemnatio in expensas; duplicatio induciarum. *L. 2. C. h. t.* quæ duplicatio non de tempore, quod reliquum erat, & in quo plus petendo deliquit Actor, sed de toto tempore debet intelligi §. *temporales 10. v. hodie autem de except.* Plus petentis causâ, re, loco, pœna est condemnatio in expensas omnèque damnum, quod suâ plus petitione reo intulit. *c. unic. h. t.* quia verò pœnæ tripli quæ statuitur §. 24. & 33. *v. sed hac. quidem Inst. de Action.* in *c. un. h. t.* mentio non fit, agitur etiam §. 24. de expensis nomine sportularum factis, quæ in foro Ecclesiastico non præstantur. *c. 10. de vit. & honest. Cler.* Hinc pœna tripli in foro Can. non obtinet.

Q. 3. Quomodo pœna plus petentium evitari possit? Resp. 1. Non incurritur, si actor probavit se non dolo malo, sed justo errore plus petiisse. *L. fin. C. h. t. c. un. eod.* 2. Si plus petens ante litis contestationem pœnitet, uti omnes *c. un. h. t.* imò etiam si post litem contestatam ante sententiam definitivam pœnitet, uti probabilius multi *ex eod. c. & arg. L. 16. C. de bon. liberatim.* 3. Si Reus non opponat exceptionem plus petitionis. *Minsing. Wiestn.* 4. Si iusta subsit causa plus petendi, v. g. debitum ante diem præfixum,

Liber II. E fixum,

fixum, quia debitor est de fuga suspectus. L. 2. C. de jure dot. vel debitum in alio loco, qui nunquam comparet in loco statuto debitor &c.

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis

§. I.

De Possessione.

Q. 1. Quid & quotuplex sit possessio? Resp. Possessio à positione pedum vel sedium dicitur. Etia vel sumi potest *objectivè* pro ipsa re possessa uti in L. 5. §. 10. ff. de reb. eor qui sub tutel. Vel *formaliter* pro ipsa detentione & insistentia rei, ut in L. 15. §. 3. ff. ex quib. caus. Mai. & hæc dici potest possessio *facti*, de qua h. potissimum agitur. Vel pro *effectu* seu *jure*, quod oritur ex rei detentione, & vocatur possessio *juris*, constituitque speciem juris realis. L. 44. §. ult. de acq. vel amitt. poss. & definitur, *jus reale seu legitima potestas detinendi rem ut suam, & commodis inde provenientibus fruendi.*

Resp. 2. Possessio *facti* definitur, *legitima detentio rei tanquam suæ, vel detentio rei corporis animi, & juris adminiculo;* quæ definitiones coincidunt. Dicitur 1. *Legitima*, non quasi omnis possessio facti sit justa aut fiat favente Lege, cum & fur rem furtivam possideat, sed quod fiat Lege non irritante, quomodo Laici inhabilitantur ad

ad possessionem rei sacræ. Deinde dicitur *detentio*, quæ acquiritur per apprehensionem rei veram vel fictam, & dum res apprehensa detinetur, possessio continuatur. Dicitur 3. *rei*, sive corporalis sit, sive incorporalis sit; possessio tamen rei incorporalis dicitur *c. 3. h. t.* quasi possessio. Dicitur 4. *ut suæ*. hoc est, cum intentione & animo eam verè sibi habendi & possidendi; unde colligitur corporalem tantum vel physicam rei apprehensionem non constituere possessionem *juridicam*, & benè vocari *Asininam*. Deinde commodatarius & depositarius possessores rei depositæ vel commodatæ non esse.

Resp. 3. Alia est possessio *naturalis*, alia *civili*; utraque talis vel à *modo*, vel à *forma* possidendi. *Naturalis à modo possidendi est*, dum quis actu corporeo occupat aut detinet rem ut suam; si verò quis rem, quam actu corporeo aliquando tenuit, civiliter tantum & solo animo detinet, ut absens, dormiens, *civilis quoad modum* vocatur. *Naturalis possessio à forma vel causa est*, quando quis rem quidem detinet ut suam, sed sine animo & opinione dominii. *Civilis quoad formam est*, quando quis rem detinet ut suam cum animo & opinione dominii. Datur etiam juxta multos possessio *Civilissima*, vi cujus quis sine corporis & animi occupatione fit verus rei possessor, quia scil. sola LL. dispositione possessio rei in absentem & ignorantem transfertur; uti in Hispania præl, Majoratus, fidei commissa post mortem defuncti statim transunt ad hæredem.

E 2

Resp.

Resp. 4. Alia demum est possessio *bona*, et *mala fidei*: possessio *b. f.* est, quâ quis rem possidet, quam inculpabiliter iudicat esse suam: *m. f.* quâ quis rem detinet ut suam, sciens esse alienam, vel non nisi ex ignorantia crassa & culpabili nesciens.

Q. 2. Quomodo acquiratur possessio? *Resp. 1.* Per solam apprehensionem *veram* (quæ fit per manus, si res sit mobilis; vel pedibus, si sit immobilis) acquiritur regulariter possessio rerum corporalium, in nullius dominio existentium, v. g. volucrum, piscium, ferarum, thesauri, §. 12. & 18. *Inst. de rer. divis.* Potest autem apprehensio vera fieri vel per se, vel per alium, filium, servum, Procuratorem. *L. 1. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss.*

Resp. 2. Per apprehensionem fictam (quæ fit per actum ex LL. dispositione æquivalentem apprehensioni veræ & reali) rerum illarum possessio acquiritur, quæ sunt in alicujus dominio vel possessione. §. 45. *Inst. de rer. divis. L. 74. ff. de contrah. empt.* Modis variis fit apprehensio ficta; scil. traditione alicujus instrumenti, v. g. clavium, §. 45. & *L. 74. cit.* vel scripturæ alterius instrumenti, quo pristini possessoris jus continetur. *L. 1. C. de donat. visu L. 18. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss.* appositione brevis manus *L. 9. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* substitutione antiqui possessoris. *L. 18. cit.* clausulâ constituti. *L. 18. cit. L. 19. & 21. §. fin. ff. de acq. vel*

vel amitt. poss. appositione custodiae. L. 51. ff. de acq. poss. investiturâ L. 18. cit. & L. 74. cit.

Resp. 3. Possessio vel quasi possessio rerum incorporaliū vel jurium, quæ rebus non inhærent, uti jus eligendi, acquiritur per actus exercitos tanquam jure debitos, & non ex gratia vel amicitia permittos, cum scientia & patientia illius, cujus est permittere vel prohibere tales actus. Haun. tom. 1. tr. 3. n. 22. Wiestn. & alii passim. Si jura sint, quæ rebus inhærent, uti servitutes viæ, itineris non per actum tantum antecedenter descriptos, sed etiam sine ullo usu per solam introductionem in fundum. L. 3. ff. de usufr. Sicut possessio servitutis negativæ, v. g. altiùs non tollendi acquiritur per solam prohibitionem, cui acquiescit adversarius; nimirum etiam unicam: quoad acquirendam autem possessionem aliorum jurium & servitutum affirmatarum, si tales sint actus, qui solent subinde, licet rarò, ex amicitia concedi, non sufficit unus actus. arg. L. 1. §. 1. ff. de itin. actûque priv.

Q. 3. Quomodo amittatur possessio? Resp. 1. Loquendo in genere amittitur possessio omnibus illis modis, quibus ab uno in alium transferri potest. 2. Amitti potest possessio tam mobilium quàm immobilium, tam civilis, quàm naturalis solo animo non amplius possidendi. L. 3. § 6. ff. de acq. vel amitt. poss. non obstante L. 8. ff. eod. 3. Possessio naturalis æquè ac civilis (scil. quoad modum) rerum mobilium amittitur furto. L. 15. & 47. ff. de acq. vel amitt. poss. amissione, gemmæ

E 3

v. g.

v. g. ut nesciatur, ubi sit. *L. 25. ff. eod. fugā rerum animatarum, seruo & ancilla exceptis, de quibus aliter in jure dispositum. L. 1. §. 14. L. 3. §. 1. L. 13. prin. ff. de acq. vel amitt. poss.* 4. Rerum immobilium possessio amittitur, si possessor longo tempore v. g. decennio, nec per se, nec per alium rei insistat, vel protestetur, se possessionem ejus retinere velle. *L. 6. §. 1. ff. de acq. poss.* Si rem nesciat ab alio occupatam, & eam negligat vindicare. arg. *L. 46. ff. eod.* Si expulsurus in vaforem ipse repulsus cedat. *L. 6. cit. L. 25. §. fin. ff. de acq. vel. amitt. poss.*

Q. 4. Quæ sint commoda possessionis? Resp. 1. Possessio relevat ab onere probandi, nisi possidenti resistat jus, aut adversarius habeat pro se intentionem in jure fundatam; uti in *c. 2. de rescriptis in 6.* 2. In dubio semper melior est conditio possidentis. 3. Parit præsumptionem dominii, & si sit immemorialis, etiam tituli. 4. Causam conditionem usucapiendi. 5. Tribuit jus administrationis, & si annexum sit jus eligendi, præferendi &c. etiam illud *c. 19. de jure Patroni c. 24. de elect.* 6. Possessor b. f. facit fructus ex re aliena perceptos suos, modo *consumpti sint, etiamsi inde factus sit ditior*; quod tamen non procedit, si rem titulo universalis acceperit, vel fructus sint percepti post litem contestatam. *§. 35. Inst. de rer. div. L. 4. §. 2, ff. regund. fin.*

De Proprietate.

Q. 1. *Quid sit proprietates, & quomodo differat à possessione?* *Resp. 1.* Proprietates sumpta pro dominio est jus reale disponendi de re aliqua tanquam sua, addunt aliqui, nisi lege prohibeatur. Si sit jus perfecte de re aliqua disponendi, scilicet quoad proprietatem & utilitatem, sive fructus, erit dominium perfectum sive plenum; si tantum quoad aliquos usus, erit non plenum, quod vel est directum, vel utile. Item dominium aliud est naturale, aliud civile; aliud verum, aliud fictum, aliud revocabile, aliud irrevocabile; universale aliud, aliud singulare.

Resp. 2. In multis differt proprietates à possessione, adeo ut dicatur *L. 12. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss.* proprietates nihil habere commune cum possessione. Hinc 1. Differunt in essentia, quia proprietates est jus ipsum, quo res mea est, possessio est jus, quo rem detineo ut meam, licet mea non sit. 2. Quoad modum acquirendi, quia proprietates solo animo acquiritur. *L. 23. ff. de acq. poss.* non amittitur. *L. 17. §. 1. ff. eod.* contrarium est in possessione. *L. 3. §. 3. ff. eod.* 3. Proprietates non acquiritur sine titulo. *L. 13. ff. de acq. rer. dom.* possessio in profanis non exigit titulum, nisi contra eum, à quo res possidetur. *L. 6. §. 1. ff. de acq. poss. & c.*

Q. 2. *Quot modis acquiratur dominium?* *Resp.* Varii sunt modi acquirendi dominii, hoc est, tituli

tuli dominii, sive causæ habiles ad *transferendum dominium*. Juri Civili originem debet *prescriptio* item suo modo *testamentum, successio hæreditaria, arrogatio*. De Jure naturali vel potius gentium modi acquirendi dominium sunt *occupatio & successio*, eaque vel *naturalis, vel artificialis*.

Resp. 2. Ad occupationem pertinet 1. *Venatio* per quam animalia fera liberè vagantia sive fuerint aliquando alicujus, nec ne, sunt primò occupantis. *§. 12. Inst. de Rer. divis.* potest tamen & certis personis, & in certis locis, & certis temporibus prohiberi venatio. Ratio, quia justæ causæ exigere possunt. 2. *Inventio* (quæ est occupatio rei inanimatæ, quæ nullius est, ut *gemmæ in littore maris, bona derelicta & vacantia*) facit inventorem *de jure natura & gentium* dominum primò occupantem; ita etiam ut post diligentem inquisitionem non appareat Dominus bonorum incertorum, non teneatur rem inventam erogare pauperibus, sed in usus proprios possit convertere. *D. Thom. 2. 2. q. 11. a. 5. ad. 2.* Item quia tales res deperditæ habent se moraliter tanquam bona domino carentia. De inventione thesauri vide *§. 39. Inst. de rer. divis. L. un. C. de Thesaur.* 3. *Captivitas & occupatio bellica*, quâ homines vel res hostiles fiunt in justo bello capientium.

Resp. 3. Ad *accessionem naturalem* refertur 1. *Alluvio*, de qua *§. 20. Inst. de rer. divis.* 2. *Accretio* vel *coalitio* *§. 2. ibid.* 3. *Insulæ productio*. *§. 22. ibid.* 4. *Alvei mutatio*. *§. 23. ibid.*

Resp. 4. Ad Accessionem artificialem seu industrialem spectat inædificatio; implantatio; satio; commixtio vel permixtio; specificatio, de quibus à §. 25. Inst. de rer. div. ad 35.

§. 3.

Qua ratione tractanda sit causa possessionis & Proprietatis?

Q. 1. Qua dicatur causa possessionis & proprietatis; & quale remedium habeat agens in iudicio petitorio? Resp. 1. Causa possessionis seu iudicium possessorium est, in quo principaliter agitur de possessione, vel quasi possessione aut adipiscenda, aut retinenda, aut recuperanda. Causa proprietatis, vel iudicium petitorium, in quo principaliter agitur de proprietate vel dominio rei controversæ vel alio jure à possessione distincto.

Resp. 2. Variæ prodiæ sunt actiones in iudicio petitorio agenti; v. g. si petatur res corporea, rei vindicatio; si agatur de re incorporea, ut usufructus, servitus, beneficium, jus decimandi, actio præsertim confessoria & negatoria &c. Si agatur solum de jure ad rem, competunt actiones personales, sive, ut vocantur, conditiones.

Q. 2. Quotuplex sit iudicium seu remedium possessorium? Resp. 1. Triplex scilicet adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis. §. 2. L. de interd. quæ remedia alio etiam nomine interdicta appellantur; hodie Actiones extraordinaria in factum.

E 5

Resp.

Resp. 2. Remedium adipiscendæ est iterum triplex; Primum *quorum bonorum* sic dictum primis verbis, quibus incipit & refertur *L. 1. de interdict.* competitque hæredi *universali*, postquam hæreditatem adiit, ad capiendam ejus possessionem nunquam adhuc habitam adversus eum, qui vel illam possidet titulo *pro hærede*, id est, qui putat se hæredem esse, cum non sit, vel titulo *pro possessore*, hoc est, qui nullo jure possidet hæreditatem, sciens eam ad se non pertinere *L. 1. seq. ff. & C. quor. bonor.* Alterum dicitur *quorum Legatorum*, quod itidem competit hæredi, sed contra legatorios & fideicommissarios particulares, ad avocandam ab iis possessionem legati aut fideicommissi, illudque restituendum hæredi, dum ipsi præveniendo hæredem, qui rei legatæ aut fideicommissi nunquam adhuc possessionem habuit, & à quo id petere debuissent, legatum propria autoritate occuparunt. *L. 1. ff. quorum Legator.* tertium vocatur *interdictum Salvianum* ab authore Salvio Juliano, & competit domino fundi seu Locatori adversus conductorem seu colonum (imò etiam adversus tertium possessorem *L. 1. ff. de Salvian. interd.*) ad avocandam ab eo & adipiscendam possessionem earum reum, quas colonus prædio à se conducto intulit, sicque vel tacite dum prædium est urbanum, vel expresse, dum est rusticum, oppignoravit, & dein ante solutionem extulit & alienavit. *f. 3. Inst. de interd. L. 4. & fin. C. in quib. caus. pign. tacit. contract.* differt hoc remedium ab *Actione Serviana*, que non

non est remedium iudicii possessorii sed petitorii. Præter hæc remedia Prætoria dantur de Jura Civili adhuc potissimum tria ; scil. 1. ex *L. fin. C. de edict. Div. Hadrian. toll.* 2. Ex *L. creditores 3. C. de pignorib.* 3. Est imploratio officii iudicis facta ab eo, qui titulum & proprietatem beneficii Ecclesiastici consecutus est, ut in actualem ejus possessionem, quam nondum habuit, ab habente jus immittatur, vel ab hærede, ut vacuum rerum hæreditariarum possessionem autoritate iudicis absque incommodo nanciscatur.

Resp. 3. Remedium *retinenda* duplex est ; *interdictum uti possidetis* datur pro retinenda possessione rerum immobilium contra injustè & extrajudicialiter turbantem : *interdictum Utrobi* datur pro retentione rerum mobilium. Vincit in utroque, qui tempore litis contestatæ possessionem habet sine vitio, id est, nec vi, nec clam, nec precario ab Adversario suo. §. 4. *Inst. de interd. L. 3. ff. ut possidetis.* Vide Engel b. à n. 6.

Resp. 4. Remedia *recuperanda* varia enumerantur ab AA. duo hic considerantur, scil *Interdictum unde vi*, quod datur pro recuperanda possessione rerum immobilium, à qua quis per vim est dejectus. §. 6. *Inst. de interd.* alterum pro recuperanda rerum immobilium possessione, si agitur principaliter de mobilibus vi ablati, & dicitur *Actio vi bonorum*.

Q. 3. An causa proprietatis & possessionis eorundem eodem iudice tractari debeat ? *Resp.* Aff. Ratio sumitur ex *L. 10. C. de jud.* ubi decernitur, *nequis*
can-

continentiam causa dividat, atqui causa proprietatis & possessionis sunt causæ connexæ; ergo. E hoc procedit, sive possessorium cumuletur cum petitorio, ut Q. seq. dicetur, sive finitâ causâ possessionis instituaturs causa proprietatis; sive iudex sit ordinarius, sive delegatus in genere vel in specie super causâ proprietatis, aut contra Limitatur tamen responsio 1. Si partes sint fori diversi, v. g. Clericus in causâ profanâ obtinuit in possessorio coram iudice Laico, is trahi non potest ad eundem iudicem in petitorio, si instituaturs finitâ causâ possessionis c. fin. de iud. 2: Si causa possessionis & proprietatis talis sit, ut non possit de utraque iudex cognoscere, sic v. g. licet iuxta communem, quam & nos tenemus, possit iudex Laicus cognoscere super causâ possessoria rei spiritualis annexa dum non involvitur quæstio juris & reus conventus non est persona Ecclesiastica, non tamen potest definire causam petitoriam. &c.

Q. 4. An causa possessionis & proprietatis in eodem iudicio cumulari possit? Resp. 1. Potest causa possessionis & proprietatis in eodem iudicio cumulari, sive proponi ab una eademque parte aut in ipso litis exordio simul, aut successive, ut actor, postquam incepit agere petitorio, ad possessorium adipiscendæ vel recuperandæ regreditur. c. 2. 4. & seq. h. t. L. 18. §. fin. ff. de vi & vi arm. L. 1. §. 4. ff. quor. legator. potest etiam cumulari, ut proponatur in eodem iudicio divisim à partibus, dum v. g. actor incipit iudicium possessorium, petendo sibi adjudicari possessionem

reus

reus excipiendo econtra contendit proprietatem rei sibi competere, eamque petit; aut dum uterque actor simul & reus contendunt super proprietate & possessione. Habetur in iisd. text. & ratio est, quia hoc modo minuuntur lites, cum ex duabus fiat una. Textus qui in contrarium afferuntur, intelligendi sunt, tum causam possessionis prius discutiendam, quando neuter vult in se suscipere onus probandi.

Resp. 2. Etiam possessorium retinendæ potest cumulari subinde cum petitorio. *L. 12. ff. de acq. vel amitt. poss.* ubi interdictum *ut possidetis* sive retinendæ possessionis diferte illi conceditur, qui *cepit rem vindicare*, seu agere petitorio. *L. 9. ff. de R. V.* quod in *c. 5. h. t.* Pontifex non fecerit mentionem possessorii retinendæ, ideo est, quod de eo non fuerit consultus. Verba, *aliis possessoris in suo robore permansuris*, intelligi debent, dum unus idemque non suscipit probationem utriusque, proprietatis scil. & possessionis. Casus, in quibus procedit cumulatio, vide apud Schmalzg. *h. n. 64.*

Q. 5. Qualiter procedi debeat causâ possessionis & proprietatis cumulata in eodem iudicio? Resp. 1. Potest iudex conjunctim super utraque causa recipere probationes & testes *c. 2. h. t.* 2. Dum propositis discussisque probationibus de utraque causa liquet, unâ sententiâ utramque terminare debet. *c. 6. h. t.* quod *c. 2. h. t.* dicitur, posse iudicem prius probationes super possessorio discutere, intelligitur de casu, quo uterque litiganti.

um contendit sibi competere possessionem & proprietatem.

3. Pronuntiare quidem iudex debet prius de causa possessionis, quam proprietatis, in executione tamen praevallet sententia super proprietate. *c. 6. h. t.* Ratio, quia ea utpote dignior efficacior, mox ut lata, trahit ad se possessionem, eandemque penitus absorbet.

TITULUS XIII.

De restitutione spoliatorum.

Q. 1. *Quid tractetur in presenti titulo?* Resp. De remedio recuperandae possessionis, quo agitur, ut ante omnia pristina possessio cum omni causa restituatur illi, qui possessione rerum corporalium immobilium, aut quasi possessione incorporalium vi vel clam, injuste vel indebite est dejectus. Ut supra dictum, remedium recuperandae potissimum duplex est, scilicet *interdictum unde vi* & *actio vi bonorum raptorum*, quò etiam reducitur *actio ad exhibendum* & alia remedia praesertim Jure Can. inducta, quae non vocantur *interdicta*, sed *conditiones ex Lege vel Canone* ad recuperandam possessionem, uti *condictio ex c. saepe contingit 18. h. t. ex can. redintegranda. 3. caus. 3. q. 1.*

Q. 2. *Cui competat interdictum Unde vi?* Resp. 1. In genere loquendo non conceditur hoc interdictum, nisi illi, qui vi dejectus ac spoliatus est

pos-

possessione rei immobilis, sive naturaliter, sive civiliter tantum possederit. *L. 1. §. de jicirur. ff. de vi & vi arm.* sive justè, sive injustè cum & prædoni per hoc interdictum succurratur. *c. 5. b. t. L. si quis in tantam. 7. C. unde vi.* modò dejectus rem non amplius possideat per alium, quia tunc adhuc possessionem retinet. Etiam hæredi spoliati conceditur. *§. 1. Insi. de perp. & tempor. act.*

Resp. 2. Non competit hoc interdictum depositario, commodatario, nudo detentatori, seu illi, qui alieno nomine possidebat rem, & dejectus est; quia hi possessores veri non sunt. Nec si alicui liber homo, aut Laico res sacra v. g. beneficium eripiatur per vim, hoc illi interdictum competit; quia res sacra à Laico *juxta c. 7. de præscript.* homo liber à quocunque alio possideri non potest. *L. 23. §. fin. de acq. vel amitt. poss.*

Resp. 3. Competit tamen hoc interdictum colono *ad longum tempus*, & multò magis Emphyteutæ & Vasallo ob dominum utile: de usufructuario expressè id habetur. *L. 3. §. 13. ff. de vi & vi arm.* Item etiam competit, licet quis plena tantum libertate possidendi, non ipsa possessione sit spoliatus. *arg. c. fin h. t.*

Q. 3. Contra quem competat interdictum Unde vi? *Resp. 1.* Competit adversus eum, qui alium possessione sua dejecit; vel dejici aut spoliari mandavit facto secuto. *L. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm.* vel dejectionem ratam habuit. *cit L. §. 14.* etiamsi judex fuerit spolians, modò vel extra-

tra-

trajudicialiter spoliaverit. *c. 7. h. t.* quia tum censetur nomine privati; vel vitium in sententia substantiale, quo casu executio sententiæ erit spoliatio. *arg. t. 1. & 13. de sent. & re jud.*

Resp. 2. Non competit interdictum *Unde liberis contra parentes, Vasallis aut libertis contra Dominos.* Ratio redditur in *L. 1. §. 43. ff. de vi arm.* actio tamen in factum illis conceditur.

Resp. 3. Non competit interdictum *Unde contra Successorem particularem, v. g. qui à spoliatore emit. L. 7. ff. de vi & vi arm.* Nec contra Successorem universalem, nisi in quantum ad ipsum pervenit. *§. non autem 1. Inst. de perpet. & tempor. act.* ubi & ratio assignatur.

Q. 4. Quo remedio succurrendum spoliato, si spoliatus non possideat amplius, sed aliquis tertius.

Resp. 1. Si tertius ille possessor, sive immediatus, sive mediatum, rei spolio ablatae, fuerit m. f. & conscius, quod alteri sit res erepta per spolium, dabitur contra eum condictio ex *c. saepe contingit. 18. h. t.* licet non probetur ipsa spoliatio, sed tantum possessio antiquior & adversarium nunc possidere, quia tunc possidere, nova presumitur clandestina esse & vitiosa. *c. 9. de vi arm. probat.*

Resp. 2. Si tertius ille possessor fuerit in b. s. juxta sententiam in praxi receptam, dabitur contra illum remedium redintegrandæ, sive condictio ex *can. redintegrandæ. 3. caus. 3. q. 1. ob verba, quascunque injustas causas.* Et ratio est quia si spoliatus probavit spoliationem rei, quam petit

petit restitui, definit possessor esse in b. f. & incipit militare ratio peccati. Agunt hic AA, de aliis remediis ad recuperandam possessionem pro-
 ditis, uti est *condictio triticiaria*, *condictio incerti*, *condictio indebiti*, *condictio ex L. si quis in tantam. 7. C. unde vi. ex L. 3. & 5. & fin. C. eod. ex L. exstat. 13. ff. quod metus caus. item actio in factum; imploratio officii judicis. L. officium. 9. ff. de R. V.*

Q. 5. Quis modus observandus, cum à spoliato petitur restitutio in causa spoli? Resp. 1. Generalis regula est, spoliatum ante omnia restituendum, ut adeò spoliator ante factam restitutionem audiendus non sit, licet is dominium & proprietatem in continenti velit probare. *c. 1. h. t. ex verbis, ante omnem contentionem. & c. 5. h. t.* sive spoliatio facta sit in corporalibus, sive in incorporalibus, sive in immobilibus tantum, vel etiam in mobilibus accessorie venientibus ad rem immobilem; sive etiam actor agat super alia re *c. 2. de ord. cognit.* sive super alio spolio diverso. Passerin.

Resp. 2. Dantur tamen multi casus, in quibus non restituitur ante omnia spoliatus, sic 1. si consentiat spoliatus, ut de exceptione domini seu proprietatis prius cognoscatur. *c. 1. h. t.* 2. Si ex restitutione spoliati immineat grave periculum corporis vel animæ, ut in casu *c. 13. h. t.* juxta quod mulier se separans à viro restituenda non est, si objiciat impedimentum dirimens; adque in continenti velit probare. & *c. 8. eod.*

Liber 11.

F

3. Si

3. Si juris præsumptio contra spoliatum pro spoliatore militet, ut si quis petat restitui sibi decimam in aliena Parochia possessas. *c. 2. h. t. in 6.*
 Si iudicium possessorium & petitorium simul mulct spoliatus. *c. 3. & 4. de caus. poss. propr.*
 5. Si spoliato opponatur vel exceptio inhabilitatis ad agendum. *c. 7. de jud. vel c. 1. in 1. men ipso jure privans proprietate & possessione rei, uti est crimen hæresis & læsæ Majestatis, & monia in materia beneficii. Gloss. in c. 1. h. t.*
 6. Si facta restitutione timeatur damnum irreparabile, vel publicum scandalum & perturbatio in populo, ut si agatur de restitutione mulieris marito scævienti; si possessio sit tyrannice oblata; si reus è carcere ad asylum confugerit.
 7. Si notoriè competat proprietas spoliatori. *L. 1. ff. deposit.*
 8. Si lite pendente super quaestione spoliæ alius quidam tertius pro suo interesse interveniat, & in re spoliata dominium prætendat, talis enim ante restitutionem audiri debet. *c. 1. de sent. & re jud.*

Q. 6. Ut restitutioni ante omnia sit locus quid probare debeat spoliatus? Resp. Duo regulariter probanda sunt, possessio scilicet & dejectio injusta à possessione & quidem ab adversario, quem agit, vel ab alio ejus nomine, vel saltem cum ratihabitione ejusdem, si agat interdicto *Unde vi* *c. 10. de off. deleg. c. 15. & 18. h. t.* Si agat conditione ex *c. 18. h. t.* sufficit probare, se possedisse, ac spoliatum fuisse, ac possessorem rei conscium esse spoliationis. *Vall. h. s. 4. n. 4.*

Quod

quod si verò alterum prædictorum probare nequeat, causâ cadit. *c. 14. h. t. c. 8. eod.* Probatur autem possessio in immobilibus, si quis olim; in mobilibus, si quis paulò ante spoliationem se probet possedisse. Ratio, quia qui immobilia olim possedit, continuasse præsumitur possessionem, in mobilibus autem facillè perditur possessio. In quibusdam casibus ad possessionis probationem etiam titulus requiritur, uti fit in jurisdictionibus, decimis à laico petitis, in matrimonio; quia hæc absque titulo non possidentur.

Q. 7. Quid teneatur restituere spoliator, seu invasor rei aliena? Resp. 1. Non tantum rem principalem, sed etiam accessoria rei & fructus omnes, tam pendentes, quàm perceptos, à die nim. spoliationis, tam extantes, quàm consumptos, quin etiam percipiendos, siue quos spoliatus percipere potuisset. *L. si de possessione. C. unde vi. c. 11. h. t. L. 1. §. 31. & 33. ff. de vi & vi arm. & c.* Exceptis tamen *merè industrialibus*, quia industria propria nocere non debet.

Resp. 2. Expensas *necessarias* deducere potest spoliator restituere coactus. *L. 5. C. de R. V. ibi: nisi necessarios sumptus fecerit, non voluptuarios;* imputet enim sibi quòd sumptus hujusmodi in re aliena fecerit. *Utiles* tum deducit, si separabiles sint à re principali. *L. 39. fin. ff. de hered. petit. L. 37. ff. de R. V.*

Resp. 3. Bonæ fidei possessor quòd *industriales* lucretur, certum est; quòd *naturales autem & mix-*

mixtos, si vel adhuc pendeant, vel licet sint separati, extent tamen, restituere debeat, habetur L. C. de R. V. quòd autem fructus consumpti virtualiter etiamnum extantes, quamvis in factus sit ditior, non teneatur restituere (excepta petitione hæreditatis ob L. 1. §. 1. C. de pet. hæred. &c.) clarè videtur decisum in L. 22. C. de R. V. §. 2. ff. fin. reg. L. 40. ff. de acq. rer. dom. §. 1. Inst. de rer. div.

TITULUS XIV.

De Dolo & Contumacia.

Q. 1. *Quâ ratione Titulus hic priori subjungitur, quid sit dolus, & quotuplex? Resp.* ad 1. Titulus hic præcedentem sequitur, quia spoliationem consequi non potest; quamvis itaque hic tantum de dolo, quatenus contumaciæ adhaeret, esset agendum, ab AA. tamen in tota sua latitudine consideratur.

Resp. ad 2. Dolus dupliciter à Juristis accipitur, in bonam scilicet & malam partem. Dolus bonus est solertia adhibita, ad frudes malâsque artes aliorum eludendas, & ad se resque suas vel alienas tuendas, maximè adversus hostes & latrones. L. 1. §. 3. ff. de dol. mal. Dolus malus est calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum fallendum, vel decipiendum alterum adhibita. L. 1. §. 2.

Resp.

Resp. ad 3. Primò. Alius est *dolus verus*, qui ex confessione decipientis aut manifestis indiciis colligitur. *L. 6. de dol.* alius *presumptus*, quem quidem lex pro dolo habet, sed colligitur tantum ex conjecturis non ita manifestis, sed dubiis. Ut, si quis culpam latam committit, juris interpretatione in causis pecuniariis regulariter pro dolo habetur. Alii loquuntur aliter, & *dolum verum* dicunt, quem jus ipsum statuit, eoquod verum & manifestum censeatur id, quod ex legis vel canonis presumptione habetur, licet etiam ipsum ex conjecturis colligatur; e contra *dolum presumpsum*, quem prudens iudex desumit ex indiciis & conjecturis à jure non expressis.

Resp. ad 3. Secundò. Dolus circa contractus vel est *antecedens & dans causam contractui*, ist est, movens ad contrahendum, quo non interveniente deceptus non contraxisset; vel est *concomitans seu incidens*, quando dolum passus contractum adhuc iniisset, etsi deceptus non fuisset, sed alio modo. Dolus iterum vel versatur *circa ipsam substantiam contractus*, seu circa aliquid, ad quod contrahentes intentionem suam restringunt, vel ex communi hominum aut juris presumptione restringere creduntur: vel versatur *circa circumstantiam vel qualitatem accidentalem*, id est, tale quid, ad quod contrahentium intentio se non restringit, nec usu communi aut juris dispositione restringi censetur.

Q. 2. Qualiter dolus vitiet contractum? *Resp.*
1. Si dolus versetur circa ipsam substantiam contra-

F 3

tra-

tractus (idem est de errore) contractus est in jure nullus. Ratio, quia consensus deficit. *L. 1. ff. de jurisd.*

Resp. 2. Si dolus sit tantum incidens, nec jure naturali, nec de positivo contractus est irritus. *L. 9. prin. ff. de dol. L. 13. §. 4. ff. de actio. empt.* Deinde etiam si dolus sit antecedens, si tamen solum circa qualitates versetur, nullus contractus est de jure naturæ irritus, quia non tollit talis dolus voluntarium; nec de jure positivo siue sit contractus matrimonii carnalis aut spiritualis; siue contractus stricti juris. *§. 1. Inst. except. L. 5. C. de inutil. stipul.* siue contractus f. si dolus ab alio, quam à contrahente commissus; quia adest consensus substantialis, & contrahens nullam decepto intulit injuriam. Immo nullo etiam jure irritus est contractus, licet bonæ fidei, licet dolus ab altero contrahentium sit commissus, aut causam dederit contractui, modo ejus substantiam non afficiat. *L. 5. C. de restitu. vend. L. 28. ff. de contrah. empt. L. 48. §. fin. ff. de furt.*

Q. 3. Quo remedio succurratur dolum passio.

Resp. 1. Si dolus versetur circa ipsam substantiam, opus est sola declaratione nullitatis, ut patet. 2. Si versetur circa qualitatem, & à tertio factus sit dolus, nec exceptio, nec actio datur dolum passio contra secum contrahentem. *L. 1. ff. de dol. mal.* Si ab altero contrahentium factus, re adhuc integra, & contractu necdum completo, datur *exceptio doli*, in ordine ad non im-

Implendum contractum per traditionem: impleto autem contractu, *actio doli* ad rescissionem illius, si dolus circa qualitatem versans fuerit præcedens & causam dederit contractui; ad solutionem verò ejus, quantum decepti interest, dolum esse adhibitum, si dolus fuerit incidens. *L. 13. pr. & §. 1. ff. de act. empt. & vend.* 3. Datur actio & exceptio doli non tantum dolum passo, sed etiam hæredibus & successoribus decepti, quia actio est *rei persecutoria*; *exceptio* verò cohæret *rei*. Datur autem contra dolosum aut decipientem, nisi specialiter is excipiatur, quales exceptiones habet *Pirh. h. n. 18.* non datur contra hæredes & successores decipientis, nisi quantum ad illos delicti participes pervenit. *L. 17. in fin. L. 26. & seq. ff. de dol. mal.*

Q. 4. Quid sit contumacia, quotuplex, & quomodo committatur? Resp. ad 1. in genere est inobedientia erga superiorem cum contemptu; specificè & prout est hujus loci, est inobedientia commissa à legitimè vocato contra judicem in iis, quæ ad judicium pertinent.

*Resp. ad 2. Alia est contumacia vera, dum quis post citationem peremptoriam sibi personaliter factam, aut ad ejus domum vel loca publica affixam, ita ut constet, eam ad notitiam ipsius pervenisse, nec ullum non comparendi subesse impedimentum, non comparet. Alia est notoria, quæ à plerisque ad veram reducitur, & tum committi solet, si quis in faciem dicit citanti, *se nolle venire.* Alia est *ficta seu præsumpti-**

va, dum citato non invento, citatione tamen a
ejus domum, Ecclesiam vel Curiam facta dubita-
tur, num ea ad notitiam illius pervenerit.

Resp. ad 3. Variè contingit contumacia. 1. Si
quis legitimè citatus, & nullà justà causà impe-
ditus non comparet. *L. 53. §. 1. ff. de re jud.*
2. Siquis comparet, sed sine licentia judicis rece-
dit. *c. 1. de jud.* 3. Siquis manet quidem præ-
sens, non vult tamen judicis mandato obtempe-
rare. *c. 3. & 6. h. t.* Committi potest ab actore
& Reo, ùthabet *gloss. inc. 2. h. t.* his verbis: *non
veniens, non restituens, citiusque recedens, nil dicens,
pignusve tenens, jurareque nolens: obscureque loquens
isti sunt jure rebelles.*

Q. 5. *Qua requirantur, ut quis contumax dica-
tur, & qua excusent à contumacia?* *Resp. ad 1.*
primò. Ut quis dicatur contumax, quò ad sen-
tentiam definitivam velut ad immissionem in bo-
na ex primo & secundo decreto procedi possit, re-
quiritur, ut legitima citatio vel tribus edictis, vel
uno peremptorio præcesserit, juxta. *L. 53. ff. de
re judic.* nec tamen citatus comparuerit. 2. Ut
in ultimo peremptorio à parte præsentis accule-
tur contumacia partis non comparentis. *L. 61.
ff. de jud. L. 13. §. siquidem. C. de jud.* Ratio,
quia judex in causis civilibus non imperitur
suum officium, nisi imploratus; non tamen ju-
dex necessariò condemnat in contumaciam eum,
qui altero mox die comparet, etsi pars altera pe-
tat. Sumitur *ex c. 24. de off. deleg.* 3. Requi-
ritur,

ritur, ut nullo justo impedimento detentus fuerit.
Hinc

Resp. ad 2. *Causæ excusantes à contumacia,* sunt 1. adversa valetudo. *L. 53. §. 2. ff. de rejud.* quò reducitur mors parentum &c. 2. Majoris causæ occupatio. *L. 6. §. cit. & quæ referuntur in L. 54. ff. de re jud.* 3. incompetencia notoria iudicis. 4. Tempus feriatum, ad quod fit citatio &c.

Q. 6. Quomodo contra Actorem contumacem procedendum? *Resp.* 1. Satis exactè traditur ordo & modus hic in *Auth. qui semel. C. quom. & quand. iudex. L. 13. C. de iudic. c. 3. h. t. c. 1. eod. in 6.* quos textus vide, & nota, quòd, Actore existente contumace, reus possit petere circumduci editum per *L. 73. ff. ne Jud.* Vel petere, se absolvi ab omni observatione iudicii, sive ab instantia intentatæ actionis; vel se definitivè absolvi ab impetitione actoris, vel pro se ferri sententiam definitivam.

Q. 7. Qualiter procedendum contra reum contumacem? *Resp.* 1. Si reus ante litem contestatam sit contumax & non comparuerit in termino petemptorio, non potest procedi ad probationes, & multò minus ad sententiam definitivam. *c. 2. 3. & 5. ut lite non cont.* Sed actor mittitur regulariter in possessionem bonorum Rei custodiæ causâ, vel ex primo decreto.

Resp. 2. Si reus post litem contestatam sit contumax, actore instante ad probationes proceditur, & si liqueat de meritis causæ, definitivè

F §

pro

pro vel contra eum ferenda sententia. *L. 73. de jud.* Si non liqueat, actor mittendus est in rem possessionem rei litigiosæ, vel, si est actio personalis, aliorum bonorum. Vide *L. 8. in fine C. quom. & quando.*

Q. 8. Quanam alia sint pœna Rei contumaci?
Resp. 1. Potest ob inobedientiam pœnâ arbitrariâ puniri. *L. 2. §. 1. ff. si quis in jus voc. non ierit.*
2. Patitur immissionem in bona, ut dictum.
 Non auditur, nisi resectis expensis. *c. 6. h. t.*
 Potest capi, incarcerari. *L. 8. C. quom. & quando.*
 item excommunicari *c. 3. ut. lit. non cont.*
 Subinde proceditur ad capienda pignora. *L. 1. §. 3. ff. de inspic. ventre.* vel ad sequestrationem *c. 2. h. t. 6. Fictè contumax potest quidem appellare vel in integrum restitui. c. 18. de sent. & re jud.* Contumax verè talis secundùm omnes de jure non permittitur appellare. *L. 1. C. quor. appell. non recip.* Secundùm alios etiam non restituitur.
 Habetur pro præsentè in suum præjudicium. *Aud. qua in provincia. §. eo. autem. C. ubi de crim. agi oport.*
8. Habetur pro confesso. *L. 11. §. 4. ff. de inter. in jure faciend.*

TITULUS XV.

De eo, qui mittitur in possessionem causâ rei servandæ.

Q. 1. Quid sit immissio in possessionem ex primo & secundo decreto? Resp. ad 1. Immissio in possel-

possessionem *ex primo decreto* est & fit, dum reo legitime citato contumaciter absente, Judex ad petitionem actoris, primo decernit & jubet eum mitti in possessionem rei petitaë vel aliorum bonorum Rei, custodiaë causâ, *c. 3. h. t. c. 5. §. in aliis. Ut lite non contest.*

Resp. ad 2. Missio in possessionem *ex secundo decreto* est jussio judicis, quâ actor ob perseverantem Rei contumaciam constituitur verus possessor rei petitaë vel bonorum contumacis, possessione huic adempta, *c. 1. h. t. & c. 4. de dol. & contum.* Utraque hæc immissio justa est; fit à judice per sententiam interlocutoriam. *c. 1. cit.* pertinet ad imperium mixtum. *L. 4. ff. de jurisd.*

Q. 2. Quomodo procedatur ad immissionem in bona rei contumacis ex primo decreto? Resp. 1. Reo ante litem contestatam contumaciter absente, contumaciâ accusatâ ab Actore, factâ peremptoriâ ad actum immissionis citatione, prævia summaria cognitione, & præstito ab actore juramento calumniæ, mittitur actor in possessionem rei petitaë, sive rei ejus, super quâ fuit mota lis, *si actio fuerit realis. c. 3. & c. fin. §. in aliis. ut lite non contest.*

Resp. 2. Si actione personali conveniatur reus, & contumax sit, sive sit contumax ante, sive post litem contestatam, potest judex vel Actorem mittere in possessionem bonorum Rei *pro modo debiti*, vel infligere ei censuram Ecclesiasticam. *c. fin. cit.*

Q. 3.

Q. 3. Quomodo conveniat & quomodo differat immissio in bona in actione reali & personali?

Resp. 1. Convenit immissio ex primo decreto, five fiat in actione reali, five personali, in hoc, quod, si reus intra annum comparuerit, recuperet res suas, & possessionem illarum, modo caveat de sistendo in iudicio & expensas refundat Actori, *c. fin. §. in aliis cit. c. 1. & seq. h. t. 2.* Quod immissio ex primo decreto non habeat rationem possessionis, sed nudæ tantum detentionis, *c. cit. L. 3. §. fin. ff. de acq. vel amit. poss.*

Resp. 2. Differt immissio, quæ fit in actione personali, ab ea, quæ decernitur in reali, 1. quod in illa observandus sit certus ordo, non in hac; quia actio realis jam supponit jus certum. 2. Quod in actione personali fiat immissio pro modo debiti, in reali in ipsam rem petitam. 3. Quod in actione personali vel immissio concedatur, vel censura Ecclesiastica ferri possit, in reali autem primò debeat fieri immissio & quidem post litem contestatam non ex primo sed secundo decreto, *si non liquet satis de jure Actoris vel Rei. L. 1. C. quom. & quand.* si autem satis liquet, ad sententiam definitivam proceditur. 4. Quod in actione personali actor post annalem Rei contumaciam non acquirat veram possessionem *absque secundo decreto*, quam tamen actionem realem intentans acquirat, saltem de jure. *c. 1. & 2. h. t. & c. fin. §. in aliis, ut lite non contest.*

Q. 4.

Q. 4. *Quinam sint effectus primi & secundi decreti?* Resp. 1. Primi decreti potissimus effectus est, si agatur actione personali, quòd vi illius competat auctori detentio, custodia, defensio bonorum, L. 9. §. 1. L. 12. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. dicitur illud pignus *judiciale*, sive *Pratorium*. Deinde si turbetur, non quidem *interdictum unde vi*, quia non vere possidet, sed *ne vis fiat*, intentare potest, L. 1. pr. & tot. tit. ff. ne vis fiat ei, qui in poss. 3. Si debitor lateat, nec satisfaciat, potest creditor petere à iudice facultatem bona vendendi. 4. Si debitor fundum, in quem auctor est missus, colere negligat, ipse colet, fructus colliget, servabit servando servabiles &c. L. 7. princ. ff. quib. ex caus. L. 8. §. 1. L. 9. §. 2. 3. 4. ff. & C. tot. tit. auth. jud. poss. Duo Primi effectus competunt etiam missio in possessionem ex primo decreto *si actio sit realis*. præterquam quòd non concedatur *pignus Pratorium*; reliqui verò vel non competunt, vel non principaliter.

Resp. 2. *Effectus secundi decreti* sunt 1. Quòd acquiratur vera possessio. c. 1. h. t. 2. Quòd fruatur remediis possessoriis, in specie *interdicto, unde vi*. 3. Quòd conventus super illa re à reo reverso in illum transferat onus probandi, utpote ex petitore vel auctore jam factus reus. 4. Quòd, si ita missus habeat bonam fidem, rem sic possessam præscribat. Wiestn. h. t. n. 14. Ubi & illud nota, si auctor ex primo vel secundo decreto in rei petita vel aliorum adversarii bonorum pos-

possessionem fuerit missus, & tamen ob hujus potentiam realiter apprehendere, detinere & possidere non possit, eo casu illum fictione utriusque juris perinde haberi, ac si rem post primum decretum realiter detineret, vel per secundum, ubi opus est, verè possideret. *c. 9. de dol. & contum. l. 13. junct. Gloss. §. perinde. ff. de rebus aut. jud. possid.*

*Q. 5. In quibus actionibus locum habeat rem non habeat missio in bona? Resp. 1. In omnibus actionibus realibus & personalibus, in bonis mobilibus & immobilibus, in spiritualibus etiam & feudalibus procedit immissio in bona; quia ne præjudicatur domino directo, & obtinetur tamen finis immisionis. 2. Fallit tamen in iis causis, in quibus natura actionis immisionem excludit, v. g. in causis civilibus, in quibus actor nihil petit, sed vult tantum se liberare aut excusare. Deinde in causa matrimoniali, ne detur occasio illicitæ copulæ cum non sua; hinc reus contumax per censuras ad comparandum compelli debet. *c. 3. ut lit. non cont. & c. fin. §. porro. eod.* Item in causa beneficii ob vitiosum ingressum, saltem si instituatur petitorium; nam in possessorio recuperanda valet. *c. redintegranda. 3. caus. 3. q. 1.**

TITULUS XVI.

Ut Lite pendente nihil innovetur.

Q. 1. Quid per rubricam hujus Tituli intelligatur? Resp. Cum priori titulo actum fuerit

rit, ob contumaciam Rei actorem mitti posse in possessionem bonorum, ideo nequis existimet, regulariter posse quid pendente lite innovari, subjungitur præsens titulus, quo tempore litis pendentis nihil immutari præcipitur aut de novo induci, nec circa rem, de qua agitur, ejusve possessionem, nec circa jus ipsum, quod ab eo tempore viguit; & si quæ interea immutata sint, pro attentatis habenda, revocanda in pristinum statum, & irritanda, ac si nihil factum fuisset. *L. 2. C. de litigiosis.*

Q. 2. Quomodo inducatur litis pendentia? Resp. Jure recentiori, nimirum *Clem. 2. h. t. & Auth. Litigiosa. C. de Litigios.* in actionibus tam realibus quam personalibus inducitur litis pendentia per citationem à judice competente legitime factam, & actu intimatam Reo, nisi fortè ipse intimationem impedivisset; modò tamen ex citationis tenore citatus cognoscere possit, super qua causa in judicio conveniatur.

Q. 3. Quinam sint effectus pendentia litis? Resp.
 1. In actione reali *res*, in personali *instantia* lite pendente prohibetur alienari, donec lis sit decisa. *c. 3. & 4. h. t. L. fin. ff. & L. 2. Cod. de litigios. & Nov. 112. c. 1.* Ratione cujus seqq. notanda. 1. Rem dici tum *litigiosam vel vitio litigii* affectam, dum super ejus dominio vel quasi, utili vel directo, lis inter petitem & possessorem versatur; dum verò agitur de onere aliquo rei imposito, vel intentatur actio personalis, vel etiam de sola possessione lis pendet, *res ipsa litigiosa*

giosa non est. *Auth. Litigiosa. C. de Litigios.* 2. Non convenire inter AA. utrum alienatio rei litigiosæ prohibita sit ipso jure nulla, vel irritanda tantum per judicem. 3. Casus plures recensentur. *L. fin. §. 1. C. de Litigios. Nov. 112. c. 1. §. 1. & hoc autem. L. 5. ff. de petit hered. §. 1. & ab AA. quibus res litigiosa potest alienari.*

Resp. 2. Lite pendente possessio immutari non potest, sed æquè durante lite ac priùs possessor fructus ex re possessa poterit colligere. Unde in *c. 1. h. t.* Archi-Episcopus, cui super jure præferendæ crucis lis mota erat, lite durante poterat facere ante se crucem deferri. 2. Conjux pendente lite, quâ agitur de divortio quoad thorum ob adulterium, possessione carnalis commercii nec à conjuge accusante, nec à judice privari debet; quæ quoad judicem etiam procedunt, dum agitur ab alterutro conjugum ad dissolutionem matrimonii quoad vinculum ob dirimens impedimentum. *c. 2. h. t.* non obstante. *c. 14. de sponsal.* 3. Prælatus de crimine accusatus, ob quod veniendus amovendus, lite super eo pendente, nec deferendus interea est à populo, nec amovendus. *c. 1. caus. 8. q. 4.* Dantur tamen casus, in quibus possessor post litem motam non pergit gaudere commo-
modo possessionis, ut Tit seq.

Resp. 3. Rescripta seu privilegia lite pendente in præjudicium alterius partis impetrata, non expressa mentione litis pendente, sunt subreptitia. *c. 1. & fin. quia*

r. h. quia Princeps non censetur velle in alterius præjudicium alicui gratiam concedere

Q. 4. Qualiter in causis beneficalibus nihil innovandum? Resp. 1. Si duo in discordia electi sint ad eandem Prælaturam, vel ad idem beneficium promoti, litigantque coram Papa vel alibi, & unus illorum lite pendente moriatur, vel juri suo renuntiet, non potest, pendente lite super alterius electione, procedi ad novam electionem vel beneficii provisionem. *c. 1. h. t. in 6.*

Resp. 2. Similiter, si contra eum, cui collatum beneficium, vel qui ad illud præsentatus, lis moveatur super ejus habilitate, non potest lite pendente collator conferre illud alteri, aut patronus alium præsentare Vide *Leut. in for. benef. part. 2. q. 147.* Circa casum tertium, qui hic formari posset, vide *c. 1. h. t.* qui licet sit distinctus à casu *c. 1. h. t. in 6.* est tamen par utriusque ratio.

Q. 5. Quibus pœnis subjaceat alienans vel accipiens res litigiosas? Resp. 1. Omnia restituenda sunt in statum pristinum. *c. 4. h. t.* cum istiusmodi attentata firmitatem non habeant, saltem post sententiam judicis. *c. 2. de rest.*

Resp. 2. Si nec alienans nec accipiens sciverunt rem litigiosam, non incurrunt pœnam, quia nulla præcessit culpa. 2. Si alienatio facta sit per emptionem venditionem & uterque scivit, emptor amittit pretium, venditor tantundem confert de suo, simulque quantitas utraque fisco applicatur, res verò litigiosa neutri cedit. Si verò

Liber II.

G

ven-

venditor solus, non verò emptor scivit rem litigiosam (quod in dubio præsumitur. *L. 21. ff. probat.*) emptor quidem reddit rem venditori venditor autem pretium, & tantundem de se debet expendere, ex quo tertia pars cedit emptori ob dolum, quo eum circumvenit, non maxime stando vitium litigiosi; reliquæ duæ partes appropinquandæ sunt fisco. *L. fin. C. de Litigios.*

TITULUS XVII.

De sequestratione possessionum & fructuum.

Q. 1. *Quid sit sequestrum, quotuplex &c.* Res sequestrum sive sequestratio est rei litigiosæ, possessionis, aut fructuum ejus ex manus seu potestate litigantium subductio, & in manus tertii (qui propterea *sequester* dicitur) depositio, facta vel consensu partium vel auctoritate judicis. *L. 17. ff. depositi.*

Resp. 2. Differt multimodè sequestrum à deposito, ut videre est in *L. 6. & 17. ff. depositi. L. 1. 44. ff. eod. §. 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. & arresto*, cum arrestum ne quidem species sit depositi aut alterius contractus, sed impedimentum ac interdictum, ne res vel persona loco aut fructu suo moveatur; fitque etiam rei non litigiosæ commissione in possessionem ex primo decreto, cum fiat in unum collitigantium, sequestratio in tertium.

Resp.

Resp. 3. Alia est sequestratio *voluntaria*, quæ *conventionalis* dicitur, & fit mutuo consensu litigantium; & hæc regulariter licet, quia quilibet est rerum suarum arbiter. *L. 21. C. mandat.* Alia *necessaria* seu *judicialis*, quæ fit utraque litigantium parte vel alterutrâ invitâ, auctoritate judicis; & hæc *ordinariè* est prohibita. *L. un. C. de prob. sequestr. c. 1. h. t.* Ratio, quia iudicium ab executione incipere non oportet. &c.

Q. 2. Quis & qualis esse debeat aut possit sequester? *Resp. 1.* Quicumque sequester esse potest, qui fidelem ac diligentem curam habiturus existimatur: unus aut plures. *Wiestn h. t. n. 4.* etiam ipse Judex potest esse sequester rei, de qua coram ipso litigatur. *arg. L. 11. §. 2. ff. de recept qui arb. L. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog.*

Resp. 2. Beneficii Ecclesiastici sequester Clericus necessariò esse debet, quin & æquum est juxta *Pirh.* ut habeat Ordinem, quem beneficium requirit.

Resp. 3. Ordinariè nemo ad officium sequestri cogi potest. *L. 7. ff. deposit.* Ratio, quia sequester obligatur ex contractu, vel quasi contractu. *L. 9. §. 3. ff. de dol. mal.* invitus autem nemo tenetur contrahere vel quasi, ergo.

Q. 3. Quibus casibus permessa sequestratio? *Resp.* In seqq. 1. dum timor est dilapidationis, vel interitus rei, quæ petitur sequestrari. *L. 21. §. fin. ff. de appell.* ratio, ne iudicium reddatur elusorium; potest tamen sequestratio impediri præ-

stita cautione idonea. 2. In re dotali, dum maritus vergit ad inopiam. *c. 7. de donat. inter vir. & uxorem.* 3. Dum petitur res mobilis, & possessor illius non habens immobilia, suspectus est fuga unà cum re litigiosa. *L. 7. §. si satisfatum, qui satisd. cog.* 4. Si periculum est, ne deveniatur ad arma, jure incerto existente, arg. *L. 1. §. 3. ff. de usufr.* 5. Si periculum est in mora. Siquis obligatus est ad aliquid præstandum, illud que non præstat, quod etiam in beneficiis obtinet, si v. g. Canonicus non resideat, proinde deberet. 7. Si jura partium sint obscura, quod iterum procedit in materia beneficii. arg. *L. 1. ff. fam. hercisic.* Ratione sequestrationis beneficii litigiosi vide *Clem. un. h. t.* 8. Si Reus sit commax & missio in possessionem locum non habeat propter periculum peccati, scandali, intrusionis. 9. Hinc colligitur, sequestrationem in casibus permissis fieri posse circa res omnes, quæ sub custodia, cadere possunt, adeoque circa res mobiles, immobiles, corporales, incorporales, spirituales, profanas. *c. 15. de jud. c. 2. de off. c. 2. & Clem. unic. h. t. L. 7. §. fin. qui satisd. cog.* etiam persona libera sequestrari potest. *c. 1. de sponsal. & c.*

Q. 4. Qua requirantur, ut sequestratio necessaria licite possit fieri? Resp. 1. Ut iudex proprio seu ex officio suo nobili procedat ad sequestrationem, requiritur causa gravis & publica, redundans in bonum commune Reip. v. g.

ut obvietur scandalis, & ne partes deveniant ad arma &c.

Resp. 2. Ut iudex ex officio mercenario seu ad instantiam partis possit procedere ad sequestrationem, requiruntur ferè seqq. 1. Ut iudici summarie constet de jure petentis, adeoque necessaria est cognitio prævia. 2. Ut citetur is, contra quem decernenda sequestratio. *L. 47. ff. de re jud.* nisi sit periculum fugæ vel in mora. 3. Ut sollicitans sequestrum juret de calumnia. 4. Ut ex persona debitoris sit vel appareat aliqua suspicio, v. g. deteriorationis rei, dilapidationis &c.

Q. 5. Quinam sint effectus sequestrationis? Resp.
 1. Sequestratio sive judicialis sive conventionalis fuerit, tum solum transfert in sequestrem possessionem, si lis est de ipsa possessione v. g. utroque contendente se possidere; vel si partes aut iudex specialiter id voluerint; aliàs non. *L. 39. ff. de acq. vel amitt. poss.* Ratio, quia sequestrum est species depositi. Interim tamen sequester Castri, cui jus Patronatûs annexum, sequester Prælaturæ vel dignitatis, quæ jus eligendi vel conferendi beneficium habet, potest præsentare, eligere &c. modò aliunde non sit incapax horum jurium. *Clem. un. h. t.* Ratio, quia ad sequestrum, etiam ad quem non transit possessio, spectat administratio rei sequestratæ:

Resp. 2. Inducit obligationem in *sequestro*, ut is diligenter rem custodiat, adeoque nec dolum committat, nec culpam latam; colligat fructus,

servando servabiles servet, vel si servari non possunt, pretium inde redactum lite finita cum victori restituat. *In Victore* inducit obligationem præstandi indemnem sequestrem, omnia damna & sumptus vel necessario vel utiliter factos compensandi. *c. 2. de dol. & contum. Clem. un. h.* Unde victori ejusque hæredibus competit *actio depositi sequestraria directa. L. 1. §. 24. ff. de pos. Sequestro contra victorem contraria. L. 5. §. fin. eod.* Salarium tamen *de jure* non competit sequestro.

Q. 6. Qualiter tollatur sequestrum? Resp. Lite finita. 2. Cautione & fidejussione sufficienti, licet sequestrum jam factum sit & lis pendens. *L. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog.* 3. Sequestro volente *ex justa causa* deponere officium. 4. Conditione existente, sub qua facta sequestratio. *L. 6. ff. de pos.* 5. Morte sequestris. 6. Si decreta sit in contumacem loco missionis in bona sequestratio, isque compareat, de judicio satisficiat, & expensas præstet. *c. 1. h. t.* Agunt *h. t. AA. de Arrestatione*, quæ sequestro affinis est, quæ possunt videri.

TITULUS XVIII.

De Confessis.

Q. 1. Quid sit & quotuplex confessio? Resp. Prout servit ad decisionem causarum est ejus quod ad adversario intenditur, facta asseveratio. *Resp.*

Resp. 2. Ratione modi alia est vera vel expressa confessio, quæ fit verbis claris, scripturâ, vel aliis signis declarandæ voluntati idoneis. Alia ficta vel tacita, aut quasi confessio, quæ ex certo quopiam facto elicitur, vel à Lege intervenisse fingitur; sic qui transigit de delicto, ut ad *Tit. de Transact.* fateri censetur. *L. 4. 5. & 15. ff. de his, qui not. infam.* Qui contumax est in iudicio, & legitimè interrogatus non respondet, saltem in civilibus, pro confesso habetur. *c. 2. h. t. in 6.* 2. Ratione objecti alia est Civilis, alia criminalis; alia principalis, alia incidens. 3. Alia est pura seu simplex, quâ quis adversarii intentionem simpliciter & sine adiectione fatetur; alia qualificata, quâ quis adversarii intentionem fatetur quidem, sed adjecta conditione, modo, vel alia qualitate. Item alia spontanea, quæ liberè; alia extorta, quæ vi, metu, dolosis persuasionibus elicitur. 4. Præcipuè ratione loci confessio tam civilis quàm criminalis subdividitur in *judicialem*, quæ fit coram iudice in loco iudicii, & in *extrajudicialem*; quæ fit extra iudicium &c.

Q. 2. Quæ requirantur ad confessionem iudicialem, ut ea suos habeat effectus? *Resp.* Seqq. Major, sponte, sciens, contra se, est jus ubi, & hostis, certum, lisque, favor, jus, nec natura repugnet. Scil. 1. ut edita sit à majorenni. Ut sponte & liberè, non vi aut metu tormentorum extorta *c. 1. caus. 15. q. 6. 3.* Ut sciens confiteatur, scil. ut confessio ex certa scientia, non ex errore, neque ex calore iracundiæ præcedat. 4. Ut contra

G 4

se

se ipsum fiat, pro se enim etiam in articulo mori facta non probat in præjudicium alterius. 5. *in iudicio fiat* scil. coram iudice, non coram Arbitratore; coram iudice, non coram Notario tantum, & quidem coram iudice competente & regulariter sedente pro tribunali. 6. Ut fiat *presente adversario*, qui venit nomine *hostis* in veritate. de iure scil. Civili tantum; non tamen semper necessaria est præsentia partis adversæ. *Vlph. h. n. 9.* 7. Ut sit *de re certa*, quia parit sententiam certam. *L. 6. pr. ff. h. t.* 8. Ut *de re litigiosa*. 9. Ut non in favorem *consitentis*. *L. 6. C. de prob.* 10. Ut sit *de re*, quæ neque *rerum natura* neque *iuri adversatur*; exemplum ultimi est in *c. 5. de eo. quod cognov.*

Q. 3. Quos effectus habeat confessio judicialis
Resp. 1. Rite facta est plenissima probatio *L. 17. de præscript.* in eodem scil. iudicio, nam confessio in iudicio civili non præjudicat in iudicio criminali *plenè* ut sufficiat ad condemnationem, licet sit sufficiens ad torturam. Ratio, quia pro respectu secundi iudicii potius extrajudicialis debet dici, quàm judicialis, utpote facta coram alio iudice & ad alium finem. In iudicio tamen summario facta legitima confessio plenariè etiam probat in ordinario.

Resp. 2. Confessio judicialis rite facta inducit notorium. *c. 7. de cohabit. Cler. & mul.* Tollit præsumptionem juris & de jure. *Pirb. h. n. 11.* Locum habet post conclusionem in causa, quantum quidem probationibus, non confessioni re-

nun-

nuntiatur. *c. 10. de fid. instrum.* Res iudicata ob illam retractatur. Sanat omnes defectus processus, modo coram iudice competente & sponte sit facta. Equiparatur rei iudicatae, ita tamen, ut in causa criminali contra confessum requiratur sententia definitiva, sive confessio facta sit ante, sive post litem contest. *c. 2. h. t. l. 5. ff. de cust. & exhib. reor.* Ratio, quia ob maximum periculum vitae confessus pro condemnato in his haberi non debet; non tamen in causa civili, si facta sit confessio ante litem contest. *l. 21. ff. de jud.* Secus si post *l. c. 10. de transact.*

Resp. 3. Unius partis confessio in beneficiis non probat in favorem alterius, dum is tantum fundat in ea intentionem suam; quia haec in Canonico & legitimo titulo, non in confessione colligantis fundari debet.

Q. 4. Quos effectus habeant aliae confessiones iudiciales? Resp. 1. Confessio qualificata facta vel coram iudice vel adversario, tum poterit ab his acceptari quoad substantiam, & rejici quoad qualitatem, si obstet confessio praesumptio juris v. g. si reus confiteatur, se verba contumeliosa dixisse, sed non animo injuriandi. *l. 5. C. de injur.* Vel si qualitas non est per se connexa negotio principali, v. g. si reus dicat, *fateor, quod mutuos 100. mihi dederis, sed pactus es de non petendo*, poterit hoc casu acceptari confessio quoad debitum de mutuo, rejici quoad pactum de non petendo, donec probetur. *l. 25. ff. de probat.*

Resp. 2. Confessio per torturam, etiam legitime

timè adhibitam *plene* non probat, nec præjudicat confitenti, nisi die sequenti *ad bancum juris* ratificet confessionem, id est, nisi ad locum publici tribunalis reductus & extra tormentorum conspectum constitutus in confessione persistat. *L. 1. §. 17. & seq. ff. de Quæst. L. 2. C. de custodia reor.*

Resp. 3. Confessio *dolosè*, scil. fictâ promissione impunitatis, vel per quæstiones captiosas, à iudice elicita non præjudicat Reo quoad poenam ordinariam saltem. Ratio fundatur in æquitate naturali & *c. 7. de renuntiat.*

Resp. 4. Confessio à reo contra se facta nullatenus præjudicat Sociis criminis, nequidem in tantum, ut interrogari possit de Sociis, dum nulla circa illos præcessit infamia aut aliunde hausta indicia. *c. 1. h. t. c. fin. caus. 15. q. 3. L. fin. C. de accus.* Sunt tamen crimina, in quibus jus & praxis tribunalium de Sociis interrogari permittit; exempla sunt in *L. 5. §. fin. C. ad L. Jul. Maj. c. 5. de hæres. in 6. L. 2. C. de fals. monet. & c.* Interrogandus est autem Reus tantum in genere de Sociis, si jus vel consuetudo permittit interrogare, non in specie, nisi alia concurrant; quia hoc potius esset suggerentis. *L. 1. §. 12. ff. de QQ.* Facta verò à Reo confessio sive sponte, sive ad interrogationem iudicis in genere interrogantis, præjudicat in tantum tertio, ut fundet contra illum inquisitionem etiam specialem, si vel sit crimen exceptum, vel confessio adminiculata. Vide Pichler *h. t. n. 13. Leur. h. t. Q. 501.*

Q. 5. *Quanam sit obligatio fatendi veritatem ad interrogationem judicis?* Resp. 1. Reus non tenetur judici non legitimè interroganti fateri *crimen*, sed potest loqui amphibologicè, non tamen dicere falsum vel mentiri. c. 17. 19. & 21. de *Accus.* Tunc autem censetur judex non legitimè interrogare, dum interrogat de crimine, de quo nulla præcessit infamia, neque indicia competentia, nec semiplena probatio; vel dum non habet jurisdictionem, aut habet eam impeditam. In causis civilibus si debitum nondum à se expunctum scit reus, aliunde tenetur fateri & satisfacere.

Resp. 2. Dum interrogatio quidem est juridica, ex falsa tamen præsumptione, non modò non tenetur fateri reus, sed potest simpliciter, etiam cum juramento, factum negare. Ratio quia in tali negatione & juramento nulla intervenit falsitas, cum enim similes à judice formatæ propositiones in sensu & intentione interrogantis sint falsæ, eas negans non dicit falsum, sed verum. Sic ergo Titius v. g. qui fictè contraxit matrimonium, interrogatus super eo, potest simpliciter negare à se contractum matrimonium &c.

Resp. 3. Dum reus dubitat, num judex procedat legitimè & juris ordine servato, non tenetur fateri crimen. Ratio, quia cum nemo b. f. possidens famam, honorem, & bona, teneatur se illis spoliare, donec constet ei de jure, quo compellitur ea dimittere, ergo nec tenebitur reus parere superiori imperanti confessionem criminis,

minis, per quam amissio famæ, imò & vitæ incurritur, quamdiu non constat, habere illum potestatem eam urgendi & imperandi.

Resp. 4. Dum reus scit se interrogari iudicialiter & servato juris ordine, tenetur fateri veritatem scil. debitum vel delictum. Ratio, quia qui tenetur obedire superiori legitime præcipienti. Dicit tamen de *Lug. de iust. d. 40. S. 1. n. 16.* probabilem & in praxi tutam esse sententiam, postquam reum in causa capitali, ubi puniendus esset peritiam mortis vel æquivalente, etiam legitime interrogatum celare veritatem, &c. quamdiu sperat se talimodo posse effugere condemnationem. Ratio, quia lex seu præceptum humanum, fatendi crimen mortis inductivum, non est accomodatum humane imbecillitati, nec humano modo impletum possibile, ergo.

Q. 6. An reus confessionem in iudicio factam revocare possit? Resp. 1. Si in *continenti* revocata fiat, admittitur, licet nullus error probatus fuerit. *arg. c. 7. de test.* 2. Si ex *intervallo*, tum solum admittitur, si revocetur confessio à Procuratore facta, ostendaturque eum errasse in facto, de quo ex officio non tenebatur inquirere; vel si confessus ex intervallo volens confessionem revocare probet, eam contigisse ex errore facti alieni. *arg. cit. c. 7.*

Q. 7. Quid dicendum de confessione extrajudiciali? Resp. 1. Ad hoc ut Confessio extrajudicialis probet aliquid (an plenè, an semiplenè, dicetur statim) debet esse *spontanea*; deinde *sufficienter*

cienter probata in iudicio; contra ipsum confitentem; per se & principaliter facta, non incidenter tantum. Reiffenst. h. à n. 41.

Resp. 2. Confessio extrajudicialis in causis civilibus *regulariter* non probat *plenè*, sed tamen *semiplenè*, si vel sit *discreta*, cum expressione scilicet causæ, ex qua ortum debitum, vel fiat coram Adversario, etiam si sine expressione causæ *c. 14. de fid. Instrum.* Imò & *plenè*, si discerta sit & simul in scriptis, aut viva quidem voce, sed præsentate adversario, fueritque per duos testes integræ fidei probata, *c. 14. cir. L. 13. C. de non. num. pec.* Item, si facta sit à moribundo, etiam sine expressione causæ, dum tendit ad liberationem alterius, v. g. dum Cajus coram 2. legitimis testibus fatetur solutionem 100. fl. debitorum sibi factam: vel etiam dum confessio illa facta est ad obligandum se, modò expressa hic causa sit, nec ex circumstantiis contrarium appareat. &c.

Resp. 3. Confessio Sacramentalis in foro externo confitenti non præjudicat, & omnino nihil probat. *c. 13. de excess. Pral. c. 2. de off. Ord.* neque scheda, in qua in ordine ad faciendam confessionem Sacramentalem descripta sunt crimina, sive reperiatur casu, sive aliter extorqueatur, ulli potest esse usui. Ita Omnes.

Resp. 4. Confessio extrajudicialis in causis criminalibus, sive præsentate, sive absente adversario facta, etiam legitimè probata, non habet vim *plena* probationis, sufficientis ad condemnationem. Ita communis. Imò nec *semiplena*, ut Pirh.

Pirh. *h. t. n.* 40. Vide Felin. *in c. 25. de rescrip*
indicium tamen facit *contra confitentem* ad tortu-
ram, ubi seriò facta & non ex calore iracundiæ, &
aliter temerè effusa. Sumitur *ex cit. c. 25. de rescrip*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

Q. 1. *Quid sit probatio & quotuplex?* *Resp.* 1.
Probatio est ostensio rei dubiæ & contro-
versæ legitimè *judici* factâ; huic enim juxta *c. 1. h. t.*
principaliter fit probatio. Per *Ly legitima facta*
intelligitur, quòd debeat esse clara, perspicua,
& certa. *c. 8. h. t.* concludens *regulariter* & plena.
Matth. 18. L. 9. C. de jud. citatâ ad ejus receptio-
nem parte adversa. arg. *L. 47. ff. de re jud. instituta*
ordinariè post litem contest. *tot. tit. ut lite non cont.*
&c.

Resp. 2. Alia est *artificialis*, quæ fit ex ipsis rei
visceribus, arte & industriâ probantis, per præ-
sumptiones & conjecturas; alia *inartificialis*, quæ
assumitur extrinsecus, v. g. à testibus, instrumen-
tis, juramento. 2. Alia est *plena*, alia *semiplena*,
quidquid contra hanc divisionem dicat *Wilsenbach*,
& alii. *Plena* est, quæ se solâ plenam fidem
judici facit, tantam scil. ut eâ instructus, senten-
tiam ferre & controversiam decidere possit, nullo
alio requisito: hujus 4. sunt species, quæ ordine
Titulorum post hunc *Tit 19.* ponuntur. *Semi-*
plena est, quâ aliqua, non tamen plena fides fit
judici, nec sufficit, ut ex ea ad ferendam senten-
tiam

tiam ordinariè moveatur: species illius sunt unius vel plurium singularium testium depositio, instrumentum privatum, juramentum suppletorium, fama &c. Habet hæc probatio suos gradus, alia enim est plus quàm *semiplena*, alia *præcisè semiplena*, alia *minùs quàm semiplena*.

Q. 2. Quinam sint effectus probationis; Resp. 1. Effectus *plena* probationis sunt seq. 1. secundùm illam ferenda sententia. *L. 11. & seq. C. h. t.* nisi tamen aliunde judici constet contrarium. In causis criminalibus probationes luce meridiana clariores requiruntur. *L. f. C. h. t.* 2. Actor plenè probans intentionem suam, eam juramento confirmare non tenetur. *c. 2. h. t.* quia juramentum utpote species probationis adhibetur solùm causâ nondum plenè probata. 3. Contra quem plenè probatum est, is non admittitur ad purgationem Canonicam. *c. 12. h. t.*

Resp. 2. Effectus *semiplena* probationis *præcisè* talis sunt. seq. 1. Dat locum juramento suppletorio ab auctore præstando. *c. 2. h. t.* 2. Duæ tales *semiplena* probationes, si jungantur, & ad unum eundemque finem tendant, in causis Civilibus non admodùm arduis unam plenam faciunt. *c. 13. h. t. c. 27. de test. L. 5. C. de probat.* 3. Nonnunquam sufficit ad ferendam sententiam, uti in casu *c. 12. de sponsal. c. 2. de consang.* item in causis modicis. *L. 3. §. 4. ff. de Carbon. edict.* in causis summariis &c. Effectus *minùs quàm semiplena* probationis plures recenset Schmalzg. *h. n. 15.* Observari hæc potest, qualiter se invicem

cem

cem elidant probationes, unaque alteri praevalens
de quo vide *Leur. h. t. Q. 532. & 533.*

Q. 3. Cui incumbat onus probandi? Resp.
Probare regulariter tenetur ille, qui aliquid affir-
mat in praedictum alterius, nec habet pro se praesump-
tionem juris. *L. 2. & 19. ff. L. 1. & 8. C. h. t.*
adeoque actori regulariter, non reo incumbit
probatio, cum ille soleat affirmare, hic
negare.

Resp. 2. Reus tenetur probare 1. Si opponat
exceptionem affirmativam, v. g. dicendo, dum
rogatur solutionem, se jam solvisse. *L. 12. & 13. ff. h. t.* 2. Si praesumptio juris stet pro Actore
vel habeat intentionem fundatam in jure, tunc
non Actor sed reus tenetur probare. *c. 2. de res-
stit. spol. in 6. c. un. ut. Eccles. benef. sine diminut.
conf. c. 8. de Relig. dom.* 3. Si Actor sit persona
privilegiata; sic si pupillus, minor, mulier,
miles, rusticus asserat, indebitum a se solutum,
reus id negans probare debet, fuisse debitum.
L. 25. ff. 1. ff. h. t. Huc reduci potest, quod
creditor urgens solutionem contra civitatem vel
Ecclesiam probare debeat, pecuniam mutuo ac-
ceptam conversam esse in utilitatem Ecclesiae vel
civitatis. *c. 1. de depos. c. 2. de solut.* 4. Si reus
negans ultro subeat onus probandi. *L. 14. ff. de
quis autem. ff. h. t.* 5. Si Judex ex justa causa
in Reum transferat onus probandi, v. g. detur-
do Reo juramentum. *c. fin. & L. 38. ff. de iure
jur.* 6. In judiciis communibus & duplicibus,
qualia sunt finium regundorum, familiae heredi-
cium.

ciscundæ, interdictum uti possidetis, uterque litigans tenetur probare. *f. 4. Inst. de interd. c. 3. h. t.*

*Q. 4. Quodnam sit objectum probationis, sive, qua sint probanda? Resp. 1. Facta probari debent; quia jura tantum allegantur, nisi sint municipalia vel consuetudinaria. 2. Facta, quæ probantur, debent esse dubia; quia quæ sunt *judici notoria & evidentiæ*, non indigent probatione. 3. Debent insuper facta esse talia, in quibus partes suam intentionem fundent, sive quæ faciant ad causam decidendam; quia impertinentia rejici debent. *c. 36. de off. deleg. L. 21. C. h. t.**

Resp. 2. Propositio negativa facti pura, simplex, & indefinita, dum quis simpliciter negat, se contraxisse, occidisse, citatum esse, non potest à negante probari. c. 23. de elect. L. 23. C. h. t. scil. per testes aut instrumenta; per confessionem enim adversarii & per juramentum negantis probari potest. c. 1. de confess. in 6. L. 11. prin. L. 13. §. 2. ff. de jurejur. Negativa facti determinata per circumstantias loci, temporis &c. v. g. dum negatur, homicidium Heidelbergæ tali vel tali die commissum, probari potest & debet. c. 35. de test. L. 14. C. de contrah. stipul. Item negativa facti prægnans, sic dicta, quòd implicite contineat affirmativam, v. g. si quis negat, se liberè contraxisse matrimonium, renuntiâsse beneficio. L. 8. ff. h. t. c. 5. de renunt. Item probari debet negativa facti, in quâ quis

Liber II.

H

san-

fundat intentionem suam, ut si neges hæreditate aditam sufficere ad legata solvenda, probari debet insufficientia. Comm.

Resp. 3. Negativa juris dum quid negatur jure fieri potuisse, aut factum esse, v.g. aliquis in judicio stare, testari, matrimonium contrahere posse, vel ritè ordinatum esse &c. probari debet ac debet à negante. L. 5. ff. h. t. Negativa item qualitatis, quâ negatur alicui inesse qualitas ad hoc vel illud officium aut actum necessarium dum qualitas est ex iis, quæ communiter aut naturaliter homini insunt, vel inesse præsumuntur probanda est à negativam allegante. arg. L. C. h. t.

Q. 4. Quanam sint species probationum, quid potissimum de inspectione oculari ac de iudicando? Resp. 1. Exprimi possunt species probationum seqq. v. Aspectus, sculptum, testis, notarium, scriptum, jurans, confessus, præsumptio, fama probandi. De plerisque agi solet per speciales titulos, aliunde constat, exceptâ oculari inspectione & fama; hinc.

Resp. 2. Inspectio ocularis, ein Augenschein, est, dum iudex vel per se ipsum, vel Committarios, aut alias personas rem, de qua controversia est, inspicit. Engel h. n. 10. 2. Fit non tantum in civilibus, v. g. dum quæstio est de novi operis nuntiatione; de terminis leu limitibus agrorum &c. sed etiam in criminalibus, v. g. dum dubium est, an vulnus sit lethale, nec non.
3. Facta debite (de quo vide Schmalzg. h. n. 19) omnium

omnium probationum validissima est c. 4 & 3.
de prob.

Resp. 3. Fama, de qua hic loquimur, est communis hominum alicujus loci de aliquâ re sermo & publicum judicium, ex sola suspitione, certo tamen authore proveniens. Differt à Rumore, quòd hic sit particularis Sermo, seu assertio ex sola suspitione & incerto authore proveniens. Fama à malis & suspectis hominibus orta non attenditur, c. 24. de accusat. 2. Fama in causis civilibus facit plerumque (ob c. 13. h. t. c. 2. de consang. & 1. de appellat.) semiplenam probationem. L. 3. §. 2. ff. & c. 27. de test. modò sit legitimè probata, scil. vel per instrumenta desuper erecta, vel per duos saltem testes, omni exceptione majores, qui jurato deponant, audivisse se à majori parte populi, id est, illorum, qui scire poterant & ad quos spectabat scire; duasque saltem nominatim personas expriment, à quibus audiverint, vel qui asseruerunt se vidisse. Pichl. h. t. n. 13.

Q. 6. Quomodo probanda sint quadam in specie, de quibus hoc tit. & aliàs frequens fit mentio? Resp. 1. De filiatione notanda seqq. 1. Probatio filiationis verba datur tantum ex parte matris. L. 5. ff. de in jus voc. Non ex parte patris, nisi in unico casu, de quo Pirh. h. t. n. 45. 2. Præsumptivè tantum ex parte patris probari potest v. g. dum quis natus est ex uxore in domo mariti, ei cohabitantis, & ad generandum potentis. L. 6. ff. de his, qui sui vel alien, jur. quod variè

H 2

EX 2

extenditur. Item dum quis ab alio filius appellatus, educatus, & tractatus fuit. *c. 10. h. 1.* Item dum fama vel communis opinio vicinis præsertim domesticorum & consanguineorum est, aliquem esse filium, quæ tamen, præcedendo ab eo, quòd viderint vel audiverint eum appellari & tractari ut filium, facit tantum implenam probationem. *L. 3. §. 2. ff. de res. &c.*

Resp. 2. de probatione ætatis seqq. notanda. *Ætatem* tam majorem quàm minorem probare debet, qui sive agendo sive excipiendo eam tamquam fundamentum intentionis suæ allegat. *c. 1. h. 1.* 2. Probari potest ætas vel per testimonium parentum, propinquorum, domesticorum & civitatis nativitate testantium: vel per instrumentum publicum super navitate erectum *c. 2. de fid. instrum. per librum Parochi &c.* 3. Ætas in aliquibus tantum à conceptionis die computatur. *L. 3. §. 7. ff. de statu hominum.* aliàs à die non baptismi sed nativitatis. *L. 3. §. 3. ff. de minor.*

Resp. 3. De probatione confinium & limitum diocesum, Parochiarum &c. vide *c. 1. §. 1. h. 1.* 2. Servitus in genere, & in specie servitus venandi in aliena silva vel fundo per actus, non vi, non clam, non precario exercitos probatur. *L. 1. §. 1. ff. de servit.*

TITULUS XX. & XXI.

De Testibus & Attestationibus, & de Testibus cogendis.

Q. 1. Quid sint testes & eorum attestationses?

Resp. Testes sunt personæ, quæ ad fidem alicujus rei faciendam à judice vocantur & examinantur. In *c. 1. h. t.* decernitur, ut sint idonei, id est non prohibiti testificari: *fideles*, qua voce putant AA. excludi infideles, Judæos, hæreticos: *Jejuni*, scil. tantum de honestate. Attestationes sunt ipsorum testium depositiones, seu asseverationes.

Q. 2. Quinam possint aut non possint esse testes?

Resp. 1. Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur. *L. 1. §. 1. ff. h. t.* quia edictum de testibus prohibitorium est.

Resp. 2. Prohibentur *in totum* esse testes infantes, ebrii, stulti, & omnes ratione destituti; quò etiam spectant impuberes & pupilli, infantiam licet egressi, scil. *regulariter*. *L. 3. §. 5. ff. h. t.* idque ob immaturitatem judicii. Vide Valens. *h. n. 2. Engel n. 13.* 2. Cæci *c. 15. caus. 3. q. 9.* muti & surdi simul, quia intelligi satis nequeunt. 3. Servi propriè dicti. *L. 7. ff. h. t.* 4. Jure saltem Canonico infames infamiâ juris. *c. 54. h. t.* 5. Personæ viles, quales sunt pauperes & mendici. *L. 3. ff. h. t.* nisi sint personæ honestæ, Pretio corrupti aut conducti. *c. 1. h. t.*

6. Excommunicati non tolerati. *c. 8. de sent. excom.*

Resp. 3. Pro certis personis prohibentur testes esse seqq. 1. Parentes & liberi pro se invicem. *L. 9. C. h. t.* nisi probanda sit filii ætas. *L. 16. C. L. 13. ff. de probat.* Vel impedimentum consanguinitatis, dum agitur de contrahendo matrimonio. *c. 3. qui matrim. accus.* Fratres, sorores, & alii proximi consanguinei. *c. 1. & 12. caus. 3. q. 1.* 3. Conjux respectu conjugis. *L. 4. ff. h. t.* 4. Domestici, sive testes ex ædibus suis producti. *L. 1. C. h. t.* sub limitatione tamen.

Resp. 4. Contra certas personas excluduntur ferendo testimonio. 1. Inimicus capitalis contra inimicum. *c. 19. de Accus.* 2. Parentes contra liberos, & vicissim. *L. 6. C. h. t.* 3. conjux contra conjugem. *L. 4. ff. h. t.* 4. Libertus contra patronum. *L. 12. C. h. t.* quod extenduntur ad Vasallum, ut nec hic contra Dominum testis esse possit. *2. feud. 33. §. 1.* 5. Judæi, pagani, hæretici non tolerati contra Christianos & Orthodoxos. *can. 24. & 25. caus. 2. q. 7.* 6. Advocati contra suos clientes; Tutores & Curatores contra pupillos & minores. *arg. L. fin. ff. de test.* 7. Laicus in causa criminali contra Clericum. *c. 14. h. t.* 8. Socius contra Socium criminis. *c. 10. & L. 11. C. h. t.*

Resp. 5. In certis causis interdictum est dicere testimonium seqq. 1. Minoribus 20. annis in causa criminali. *L. 20. ff. h. t.* & probabiliter etiam in causis civilibus valde arduis; quod utrumque tamen

men procedit regulariter. 2. Clericis & Religio-
 sis *in causa sanguinis* contra Reum coram iudice
 Laico. *can. 9. caus. II. q. I. & AA.* 3. Fœmi-
 nis in testamento solenni. *§. 6. Inst. de test. ord.*
 In causa feudali. *2. feud. 32.* In causa criminali de
 jure Canonico ob *c. 17. caus. 33. q. 5. c. 10. de V. S.*
 eas repellit Pichl. *h. t. n. 13. Engel n. 35.* 4. Licet
 quis possit de facto proprio, nequit tamen de
 causa propria testificari. *L. 10. ff. h. t.* sic hæres
 in illo testamento, in quo ipse hæres constituitur
 per *§. 10. Inst. de testam. ordin.* iudex in causa,
 quam iudicat aut iudicavit. *c. 40. h. t.* actor in cau-
 sa, quam ipsemet agit. *c. 10. §. in omni de V. S. & c.*
 à testimonio repelluntur. Eadem ratione dum
 est controversia inter Collegium vel Universita-
 tem & extraneum quendam super re ad Universi-
 tatem pertinente, non possunt esse testes de Uni-
 versitate, si causa directe utilitatem singularum
 concernit, secus si commodum totius Commu-
 nitatis. Vide Engel *h. n. 37. & c. 6. h. t.*

*Q. 3. An semper & in omnibus casibus testes inha-
 biles repellendi? Resp.* Neg. sed modo non sint ju-
 re naturæ inhabiles, in variis casibus admittuntur;
 v. g. dum veritas aliter haberi nequit; in crimi-
 nibus exceptis; in causis, quæ non requirunt ex-
 actas probationes; pro innocentia Rei; dum agi-
 tur ad impediendum peccatum. *c. 22. h. t.* & uni-
 versim loquendo, modo tempore depositionis
 & examinis testis fuerit habilis, impedimentum
 superveniens testimonium non reddit invalidum.
Schlüz in Comp. ad ff. h. t.

H 4

Q. 4.

Q. 4. Utrum testes cateroquin habiles, im-
tamen cogi possint ad ferendum testimonium? Resp.

1. Nisi quis sit privilegiatus, ad ferendum testi-
monium cogi potest, *c. 1. de testib. cog. L. 19. de test.* Ratio, quia interest Reip. veritatem ma-
nifestari. Licet juramento se obstrinxerit ad no-
testificandum, *c. 4. h. t.* Ratio, quia hoc jurame-
tum contra bonos mores & bonum publicum est.
Sive sint causæ civiles per *c. 1. 2. 6. 7. de test. cog.*
sive sint criminales, quod præsertim de Jure Can.
procedit. *L. 16. & L. pen. C. de testib.* Vide Pich.
Tit. de test. cog. n. 4. ubi dicit, Testes non privi-
legiatos in causis etiam criminalibus *regulariter*
Jure Civili cogi posse, non de jure Can. variâque
dat assertionis suæ respectu utriusque limitatio-
nes.

Resp. 2. Personæ privilegiatæ, ut ad ferendum
testimonium cogi non possint, sunt 1. Parentes
contra liberos & vicissim. *can. 3. §. parentes can.*
4. q. 3. excipiuntur atrocissima crimina. 2. Con-
gnati & affines contra se invicem & *c. can. cit. vide*
tamen *c. 5. de test. cog. & c. ult. eod.* 3. Clerici
judice sæculari, *c. 38. caus. 2. q. 6.*

Q. 4. Quis sit modus producendi testes? Resp.

1. Lite contestata, & elapso dilationis probatoriæ
tempore probaturus per testes, sive Actor fuerit
sive Reus, judici nominat testes, formatque arti-
culos, super quibus singulos testes interrogari
velit; hos articulos cum nominibus testium ju-
dex communicat Reo, ut vel contra hos vel con-
tra illos possit, siquam habet, exceptionem opo-
ponere.

ponere, vel saltem præscribere certa *interrogatoria* testibus à judice proponenda, non tamen amplius adversario communicanda: Judex dein ubi habuerit in testes nominatos jurisdictionem, illos ad certam diem citat; sin minus, per literas *mutui compassus* illorum Superiorem aut judicem requirit, vel ut ad locum motæ litis mittat testes, vel ipse examinet, illorumque depositiones suo sigillo munitas sibi communicet.

Resp. 2. Testes producuntur sumptibus producentis; nec enim obsequium alteri exhibitum cuiquam debet esse daninosum, *c. 11. §. 8. de re script. in 6. L. 11. & 16. C. h. r.*

Q. 5. Quis sit modus recipiendi testes? Resp. 1. Lite duntaxat contestata ad receptionem testium proceditur, ut supra *ad Tit VI.* 2. Citatur *regulariter* pars adversa, ut recipi videat testes & jurare. *c. 2. h. t.* quæ tamen citatio peremptoria non est. 3. Ubi partes fuerint præsentis, in omni causa judiciali proceditur à judice vel ejus *Commissario* ad receptionem juramenti; quia testi non jurato non creditur. 4. Juramentum hoc præstari debet, partibus à judice cum quadam gravitate monitis, ante omnem actum testimonii. *c. 17. h. t. regulariter* in loco judicii. *c. 8. h. t.* cum debitis solennitatibus, ratione quarum observanda praxis tribunalium. 5. Jurare debent, quòd nulla passione, sed solius amore veritatis moti, quòd verum sciunt, dicturi sint. *c. 5. h. t.* 6. Potest tamen utriusque partis consensu remitti testibus hoc juramentum,

H §

non

non obstante allegari solita paritate cum juramento calumniæ. arg. c. 39. h. t. quia scil. juramentum testium in favorem partium est introductum.

Q. 6. Quis modus testes examinandi? Resp. 1. Tempus quo peragendum hoc examen, est post præstitum à testibus juramentum. 2. Ordinariè fit à judice. *Nov. 60. c. 2.* 3. In loco judicii, nisi qualitas personæ aliud exigat. 4. Singillatim, nam plures simul examinandi non sunt. 5. Secretò, remotis scil. arbitris, partibus litigantibus, aliis testibus, non tamen excluditur Notarius, qui omnia, etiam formalia eorum, referre in Protocollo debet, ut sic facilius convinci possint. 6. Super interrogatoriis generalibus, & specialibus; vel maximè tamen ab interrogatoriis *suggestivis* abstinendum, quæ *L. 1. §. qui questionem. ff. de QQ.* prohibentur. 7. Demum si quæ dixit testis, illi prælecta fuerint, imposito silentio dimittitur.

Q. 7. Quoties testes super iisdem articulis licet producere? Resp. Examine testium absoluto querit judex ex partibus, num vel ulteriorem testium productionem, vel publicationem petant: nam 1. testes tam iisdem quàm novi possunt produci etiam super iisdem articulis altera & tertia vice. *c. 15. 36. 55. h. t. Nov. 90. c. 4.* Ratio, quia testes subinde primâ vice non satit clarè deponunt, & quia testes novi, qui rei habeant notitiam, possunt innotescere. 2. Productio quarta testium expressè prohibetur *cir. cc. & Nov.* Nisi scil. fiat
vel

vel cum consensu partium, vel cum solennitate legali, quæ in hoc consistit, ut pars eam petens juret, quod depositiones testium non subtraxerit aut occultaverit, nec eas didicerit aut exploraverit, nec animo malitioso novam productionem petat. 3. Nec licet secunda productio, si didicita sint attestata, scil. propter periculum subornationis. *Clem. 2. h. t.*

Q. 8. De quibus rebus testes deponere debeant?

Resp. 1. Ut testes produci tantum debent super articulis, quos Actor, & super interrogatoriis, quæ reus posuit; ita & tantum debent deponere de factis, ab examinatore sibi propositis, scil. super interrogatoriis & articulis. *c. 29. h. t.*
 2. Nec interrogari nec respondere possunt de iis, quæ noverunt sub sigillo Sacramentali. *c. 13. de excess. Pral.* 3. Super iis, quæ sub *Secreto naturali* noverunt, testificari possunt, imò tenentur, si sciverint justè, sitque secretum nudum, absque promissione scil. celandi & tacendi; vel etiam licet post adeptam notitiam acceperit jurata promissio denon revelando. *c. 18. & 45. h. t.* Ratio, quia talis promissio etiam jurata præjudicare non potest juri, quod jam ante promissionem Judex habebat interrogandi de ea re. 4. Super iis, quæ sub *Secreto naturali* noverunt, testificari non possunt, etiam sub juramento interrogati, si vel tatitè vel expressè promiserunt, se non revelaturos cognita, vel si modo injusto notitiam Secreti acceperunt. Coll. ex illo *prov. II.* excipitur casus, quo ex occultatione hujus
 Secre-

Secreti grave damnum vel *Resp.* vel etiam privata
accresceret. arg. c. 18. de iurejur.

Q. 9. Quomodo fieri debeat depositio testium
Resp. 1. Viva voce. c. 3. caus. 5. q. 2. c. 8. de
cohab. Cler. & mul. adeoque regulariter testis in
scriptis testificans nihil probat. Ratio assertio-
nis, qui ex voce, modo, gestu facilius veritas
potest deprehendi. 2. Debet esse clara & pre-
cipua depositio, non dubitativa; quare fides
non facit testis, sed rejicitur, qui ait, *opinor, au-*
bitror, nescio, ita res est. Eodem modo testis
deponens tantum de credulitate vel dicens, *credo*
non credo, ita esse, regulariter non probat c. 5. c.
L. 18. C. h. t. exceptiones vide apud Pichl. h. n.
33. quò etiam spectat testis deponens de auditu
alieno. c. 47. h. t. Vide tamen eundem n. 34.
3. Testis debet dare causam sufficientem sui dicti
c. 37. h. t. quo scil. modo vel quo corporis sensu
rem perceperit. Ratio, quia testis deponere de-
bet de eo, quod scit, scire autem rem non in-
telligitur, qui suæ notitiæ causam reddere non
potest.

Q. 9. Quot testes requirantur ad probationem
Resp. 1. Unus testis ordinariè non facit plenam
probationem. c. 10. 23. 28. 47. & L. 9. C. h. t.
Deuter. 17. 19. Matth. 18. Luc. 17. facit tamen
semiplenam, & sufficit ad inquirendum &c.
Reiffenst. h. n. 247. & seqq. Vide etiam Engel
h. t. n. fin. ubi recenset plures casus, in quibus
unicus etiam testis plenè probat. n. 55. & 56.
ubi agit de teste non verisimilia deponente, de
teste

teste vacillante & variante, de teste sibi contrario.

Resp. 2. Duo testes omni exceptione majores, sive potius duo contestes *ordinariè* faciunt plenam fidem. *cc. & text. cit.* Dicitur *ordinariè*, quia tum de Jure Civili *L. 21. C. de test.* tum de Jure Can. *can. 2. & 3. caus. 2. q. 5. Trid. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. &c.* aliud obtinet.

Resp. 3. Testes singulares *singularitate obstrativa* nihil, nec semiplenè probant. *c. 9. §. quam. de probat. c. 32. h. t. Daniel cap. 13.* Ratio, quia hi testes ita sunt sibi contrarii, ut unus dictum alterius evertat. Deinde testes singulares *singularitate diversificativa* probant saltem semiplenè. *c. cit. & 23. de elect.* Ratio, quia tales testes non sunt sibi contrarii, ideòque cujuslibet testimonium eam meretur fidem, quam meretur unus testis. Idem ferè dicendum de testibus singularibus *singularitate cumulativa*; imò hi in *causis civilibus* plerumque etiam plenè probant. *Pich. h. n. 37. qui & n. 39. agit de testibus contrariis.*

Q. 10. Quid sit publicatio attestatorum, & quomodo fiat? Resp. ad 1. Aliud non est, quam publica in judicio prælectio depositionum illarum, quas singuli testes, à partibus producti & ritè examinati, ad singula puncta secretò fecerunt. Fit in omnibus causis, exceptà causà hæresis, ut habet *Constit. Pij. IV.* quæ incipit: *Cum sicut.* In aliis si omittatur, ob *22. de sent. & re jud.* valet de jure sententia lata.

Resp.

Resp. ad 2. Publicatio fit, postquam pars
 ulteriori testium productioni renuntiavit; et
 tatis ad audiendas depositiones partibus (con-
 maciter absens pro praesente habetur. arg. c. 2.
h. t.) ubi vel à Judice vel à Notario dicta & no-
 mina testium manifestantur. Delegatus min-
 attestaciones signatas ad delegantem, ut coram
 eo fiat publicatio. Publicatione facta datur par-
 tibus copia attestacionum, rotulo examin-
 Zeugen & Aussag/ in originali apud acta rele-
 vato.

Q. II. Quinam sint effectus publicationis? Resp.

1. Attestaciones coram iudice competente recep-
 ta & publicata in eadem causa, & inter easdem
 personas, aut iis succedentes fidem plenam faciunt
 coram quocunque iudice. c. 11. & L. *fn. C. h. t.*
 Schmalzg. *h. n.* 118. 2. Non potest regulariter
 contra personas testium excipi facta publicatio.
 (imò & facta receptione) c. 31. *h. t.* Ratio, quia
 videtur testem approbasse, consequenter eum
 porrò repellere non potest, qui semel eum scienter
 ad iuramentum, & examen, ipsiusque testi-
 monii publicationem admisit. 3. Post publica-
 tionem factam non possunt vel iidem testes, vel
 alii produci super iisdem aut directe contrariis ar-
 ticulis. c. 17. & 25. *h. t.* Clem. 2. eod. *Auth. quod*
semel. C. de probat. Ratio est ob periculum
 subornationis. Casus excepti sunt in c. 41. &
 53. *h. t.* c. 38. eod. *con. II. caus. 30. q. 1.*
 c. 26. & 44. *h. t.* L. 18. *ff. cogniturum. ff. de*
QQ. & c.

Q. 12.

Q. 12. Quid de reprobatione testium dicendum?

Resp. 1. Reprobatio testium fit vel per exceptiones *contra personas testium*, quæ ante examen proponi debent de jure communi; vel *contra eorundem examen*, v. g. quòd testes recepti sint à iudice incompetente, quòd non juraverint. &c. Vide Schmalz. *h. n. 133*. Vel *contra dicta testium*, quæ reprobatio opponi potest post publicationem, cum ibi modò innotescat. Exceptiones, quæ depositionibus testium opponi possunt, videre est tum apud Schmalzgr. *h. n. 134*, tum apud Engel à n. 52.

Resp. 2. Reprobatio testium regulariter non impedit eorum receptionem & examinationem. *Auth. si testis C. h. t.* Ratio, quia fortè in progressu patebit, posse iudicem absque adminiculo illorum ferre sententiam.

Resp. 3. Licet reprobare *testes probatorios*, id est, testes, qui ab adversario ad probandum negotium principale producuntur, licet per alios testes reprobare, qui vocantur *reprobatorii*; item licet reprobare *hos reprobatorios*, non tamen licet *reprobatorium reprobatorios* reprobare, sive alios contra hos testes producere non est concessum. *c. 49. h. t.* Ratio, ut finis litium aliquando sit, nec in infinitum procedatur.

TITU-

TITULUS XXII.

De fide instrumentorum.

Q. 1. *Quid sit instrumentum & quotuplex*
Resp. 1. Instrumentum hoc loco est qua
 libet scriptura, quæ ad causam instruendam
 probandam à partibus affertur. 2. Aliud
 publicum, aliud privatum; *privatum*, quod
 domesticum dicitur *L. 5. C. de prob.* est scriptu
 ra à privata persona sine autoritate publica
 saltem sine solennitatibus requisitis confecta
Publicum est scriptura, quæ à persona publica
 quæ tali & cum debitis solennitatibus confecta
 est, qualis persona est Notarius, Scriba. *6. 2. h. t.*
Authenticum & publicum sumuntur non raro pro
 Synonimis, strictè tamen loquendo habent
 ut excedens & excessum, ita ut omne instru
 mentum publicum etiam sit authenticum, non
 tamen omne authenticum sit publicum. 3.
 Utrumque est vel *Originale*, id est, primum
 & principale instrumentum, vulgo *Haupt*
Brieff. Vel *exemplar*, quod ex originali de
 scribitur, subinde ein beglaubte Abschrift
 aliàs ein Copey oder Abschrift dictum. 4.
 Demum aliud dici potest *judiciale*, quod in
 iudicio, aliud *extrajudiciale*, quod fit extra iudicium.

Q. 2. *Quanam requirantur ad instrumentum*
publicum? *Resp.* 1. Ex parte Notarii requiritur,
 ut hic sit persona idonea, scil. Laicus, non Cle
 ricus,

debent, non tamen, testamento excepto, rogari. Ultimò Notarius se manu propria subscribere debet, quâ authoritate, Pontificiâ vel Cæsareâ Notarius sit, addendo, simulque signum Notarii apponet. An omnes istæ solennitates sint de necessitate, variant AA. ob Constit. Maximilianæ Imperatoris in Comitibus Coloniensibus, de anno 1512. ubi id innui videtur.

Q. 3. Quomodo probent instrumenta publica?
Resp. Instrumentum publicum plenè probat eo, quod dispositivè continet, sive pro, sive contra producentem. *c. 2. h. t.* Deinde ad instrumentum publicum reducitur, eandemque probandi vim habet *Protocollum*, ex quo solenne publicum instrumentum extractum atque confectum est *c. 11. de prob.* Ratio, quia proprium quod unumquodque tale, illud magis tale, *Datum* etiam *copia viduata, exemplum, vel transcriptum* plenè probat, si vel factum sit ab eodem Notario cum debitis solennitatibus, quæ fecit originale. *L. 24. ff. qui test. fac. poss. c. 2. de conv. conjug.* Vel si factum quidem sit ab alio Notario, sed tamen cum authoritate iudiciali. *c. fin. h. t.*

Q. 4. Quanam sint instrumenta authentica et quomodo probent? *Resp. 1.* Per instrumentum *authenticum*, prout à publico contradistinguitur, intelligitur scriptura, quæ etsi non confecta à persona publica, aut etiam sine solennitatibus aliàs adhiberi solitis, tamen fidem plenam facit, quia

quia vel testium subscriptione, vel sigillo, alióve modo munita.

Resp. 2. Talia instrumenta authentica referuntur seqq. 1. Plenè probant acta judicialia; *Ge-richts- und Cankley-Handlungen* / debito modo confecta. *L. fin. C. de re jud.* Huc referuntur scripturæ privatæ, quorum publicatio facta est autoritate judicis, v. g. dum testamentum auctore judice aperitur. 2. Plenè probant pro & contra quoscunque scripturæ ex Archivo *publico* productæ. *Auth. ad hac. C. h. t.* Quid de Archivis vel potiùs *Chartophylaciis* Monasteriorum dicendum, vide apud Engel *h. n. 21.* & Schmalzgr. *n. 41. & 51.* 3. Plenè probant scripturæ munitæ sigillo publico, si & cætera per consuetudinem aut alias requisita habeant. *c. 2. h. t.* 4. Plenè probant libri rationum ab Officialibus publicis conscripti, quoad ea, quæ pertinent ad eorum officium. *L. 10. ff. de edend.* Huc spectant Libri Parochiales baptizatorum, nuptorum &c. Libri eorum, qui ad Gabellas autoritate publica deputantur. Libri Censuales &c. 5. Scripturæ inter privatos super contractibus factæ, & à 3. testibus præter principales subscriptæ & recognitæ de Jure communi plenè probant. *L. 11. C. qui pot. in pign.*

Q. 5. Quid de instrumentis privatis, non authenticis dicendum? Resp. 1. Cautiones parti à parte datæ, v. g. *apocha* aut *quietantia*, *antapocha*, *Syngrapha*, *chirographum*, ab ipso scribente productæ pro scribente ordinariè nihil probant,

nisi testium subscriptione &c. fuerint mutui
L. 5. 6. 7. C. de prob. Ratio, quia scriptura
 quoddam scribentis testimonium, testi autem
 propria causa non creditur. 2. *Contra scribentem*
 autem plenè, si causa debiti expressa sit, & à scri-
 bente recognita *c. 14. h. t. L. 25. §. fin. ff. de prob.*
 Excipitur causa mutui, dum mutuarius per
 chirographum factus quidem est mutui pecuniam
 sibi datam, opponit autem exceptionem non
 numeratæ pecuniæ, ubi chirographum contra
 scribentem nihil probat. Idem est de causa
 dote &c. Vide *L. 14. C. de non num. pec. & L. 3. C. de
 dote caut. non num.*

Resp. 2 Libri privati, quales sunt, *Libri rati-*
onum, in quibus annotantur accepta & expen-
 sæ Patrefam. Sociis: *Libris Censuales* Domini-
 rum privatorum: *Registra privata: Inventaria*
per se non probant pro scribente. Ratio, quia
 fraudibus occasio præbeatur. Deinde *Libri*
Mercatorum de æquitate & consuetudine facti
 plenam, etiam pro scribente, probationem præ-
 ciunt, modò concurrant 4. conditiones ab *Engel-*
h. n. 34. recensitæ. Itaque poterit talis mercator
 ad iuramentum suppletorium admitti. Eodem
 modo creditur rationibus Tutorum, negotiorum
 gestorum, Procuratorum, accedente saltem
 iuramento.

Resp. 3. Literæ missivæ sive epistolæ priva-
 rum personarum, modò sint recognitæ, contra
 scribentem plenè probant *L. 26. §. 2. ff. de prob.*
 Pro scribente tum probat epistola missiva, quæ
 do

do ab eo, ad quem scripta est, fuit acceptata. arg.
Clem 1. de Procur L. 16. ff. ad S. C. Maced. Deinde
 de Literæ Cambiales non tantum probationem, sed
 etiam obligationem inducunt, si materia hoc patia-
 tur & loquantur dispositivè. Schmalzgr. *h. n. 76.*
 Demum *Charta bianca*, seu charta vacua solo dan-
 tis nomine & sigillo signata, non probat, nisi is,
 qui dedit talem chartam, postea legerit, ratumque
 habuerit, quod alter in ea scripsit. arg. *L. 10. C.*
de donat.

*Q. 6. An, quando, & quomodo instrumenta
 producenda? Resp. ad 1. Aff. Sunt producenda,*
 id est, in judicio exhibenda judici, dum fundat
 pars litigans in iis suam intentionem. *c. 5. h. r. L.*
ult. C. de edend. Dum verò pars aliunde solum
 petit sibi edi sive communicari instrumenta ad in-
 tentionem suam facientia, quæ altera pars in ju-
 dicio necdum allegavit, Actor quidem indistinctè
 ea tenetur edere. *L. 5. 6. & fin. de edend.* Non
 autem reus actori. *L. 7. & 11. C. de test. c. 1. de*
prob. scil. regulariter ob L. 1. §. 3. ff. de edend. c. 12.
h. r. Clem. un. §. caterum. de usur. L. 1. ff. de tab.
exhib. L. 2. ff. de Jure fisc. & c. de quibus vide Pichl.
h. n. 32.

Resp. ad 2. Producenda sunt instrumenta in
 causa principali regulariter post litis contestatio-
 nem. *L. 10. §. 2. ff. de edend.* in termino pro-
 batorio; habetque productio ista locum usque
 ad conclusionem in causa, etiam post testium
 publicationem *c. 9. h. r.* post conclusionem verò
 in causa amplius non admittitur. *c. 5. de caus.*

poss. & propr. Casus exceptos refert. Leur. b. 1. 714. n. 3.

Resp. ad 3. Imò producenda sunt instrumenta ad hoc ut fidem faciant, in *originali*, copiis enim non creditur. *c. 1. h. t. Auth. si quis. C. de edendo.* Edi sive communicari sufficit instrumenta in copiis, ut loquuntur, vidimatis; inspectio tamen sive recognitio originalis parti adversæ eam exigenti est concedenda. Ita praxis habet. 2. Jussu ei, sin ei ita fuerit visum, exhibendum est totum instrumentum, & hoc probat *c. 7. de priv. a. parti* sufficit edere illud solum capitulum, de quo agitur, modò habeat instrumentum plura & preparata capitula *c. 5. h. t. L. 10. §. 2. ff. de edendo.* 3. Instrumentum non nisi *semel* regulariter probatur. *L. 6. §. fin. ff. de edendo.* Vide *L. 2. h. t.* fitque productio sumptibus producentis suadente id *L. 4. ff. de edendo.* & æquitate naturali.

Q. 7. Quomodo enervetur fides instrumentorum

Resp. Per impugnationem. Impugnatur autem instrumentum variis modis. 1. Ex parte *causæ efficientis*, quòd factum sit à persona inhabili. Ex parte *causæ materialis*, quòd v. g. sit factum per negotio prohibito &c. juxta dicta Q. 2. Resp. *2. h. t.* Quòd contineat falsitatem, quæ si recepta fuerit circa substantiale instrumenti, hoc probatur in totum, ita ut nec reliquis partibus credendum. *can. 17. caus. 3. q. 9. c. 15. & 20. de rescript.* Porrò falsitas probatur vel ex *contrarietate*, dum idem instrumentum repugnantia com-

plecti-

plectitur, aut producitur aliud priori repugnans; vel ex *figillo*, dum est adulterium, furtivum, ignotum vel ex *cancellatione, rasurâ, deletione*, maximè in parte substantiali; vel aliis demum conjecturis.

3. Ex parte *causa formalis* impugnatur instrumentum, quòd omiffæ dicantur solennitates à jure ad illius valorem requisitæ. 4. Ex parte *causa finalis*, quòd non probet intentum, ad quod evincendum producitur: huc aliqui cum Reiffenst. *h. r. n. 256.* reducant, si opponatur, impetratum ob-vel subreptitiè. 5. Per *testes* impugnari non tantum, sed etiam reprobari potest instrumentum; & quidem quòd per *testes instrumentarios* fieri id possit, dubium non est; si vel dicant, non ita actum fuisse, prout in instrumento asseritur, vel se nunquam interfuisse; non autem si dicant, se quidem præsentis fuisse, actorum autem non recordari.

6. 5. *de probat.* quòd etiam per *testes extraneos* impugnari, imò & expugnari possit instrumentum, dummodo sint omni exceptione majores, & saltem duo, nec testes instrumentarii amplius sint in vivis, probatur *L. 14. C. de contrah. stipul.* Ratio est, quia probatio per testes secundum se est veritati conformior & efficacior, quàm probatio per instrumentum. Quæ addi hic possent de *interpretatione instrumentorum, amissione, renovatione*, de iis videantur AA.



TITULUS XXIII.

De Præsumptionibus.

Q. 1. *Quid sit & quotuplex præsumptio?* *Resp.* ad 1. Præsumptio hoc loco est iudicium re dubia ex variis indiciis & concurrentiâ variorum rei circumstantiarum conceptum.

Resp. ad 2. Dividitur in præsumptionem hominis, & præsumptionem juris. *Præsumptio hominis est*, quæ à viro prudente, v. g. iudice instituitur, absque eo quòd eam jura *expresse & specificè* statuunt. Atque hæc ipsa præsumptio hominis alia est levis, alia probabilis, alia violenta, prout indiciâ, ex quibus nascitur, vel leviter tantum alliciunt, aut fortius stringunt, aut denique constringunt. *Præsumptio juris est*, quæ nititur auctoritate legis, nominatim aliquid ex certis indiciis colligentis, vel etiam pro vero habentis. Subdividitur hæc in *Præsumptionem juris tantum*, dum jus aliquid præsumit, & tamdiu pro vero habet, donec contrarium probetur, vel *fortiore præsumptione* elidatur. Exempla hujus sunt in *c. ult. de rescriptis. in 6. c. fin. de presb. non baptiz. c. un. de despons. impuber. in 6. l. 6. ff. de his, qui sui iuris non sunt. c. de alien. jur. &c.* Et in *Præsumptionem juris & de jure*, cum Lex vel Canon ita aliquid præsumit, ut super tali præsumptione jus firmum statuat, exclusâ regulariter probatione in contrarium. Sic de jure antiquo ex concubitu sponsi cum sponsa

præsumebatur matrimonium. *c. 30. de sponsal.*
 Vid. etiam *c. 6. de condit. appof. c. 21. de sponsal. L.*
fn. § fn. C. ad S. C. Maced. L. 23. C. ad S. C. Vell. L.
14. C. de non num. pec.

Q. 2. Quomodo præsumptio differat à conjectura, indicio, fictione juris? Resp. 1. Præsumptio & conjectura secundum magis tantum & minus differre videntur, dum præsumptio infert magis determinatum assensum, conjectura levem, aut potius suspensionem.

Resp. 2. Præsumptio ab indicio differt, ut effectus à causa, cum indicium sit notabile signum alicujus delicti vel alterius rei, de quâ dubitatur, ad veritatem cognoscendam interveniens. Porro indicia, & quæ in illis fundantur præsumptiones, desumuntur vel ex qualitatibus, quæ naturaliter insunt; sic minores inconsiderati, feminæ inconstantes præsumuntur: Vel ex qualitatibus, quæ quidem aliunde adveniunt, regulariter tamen insunt: vel ex loco, tempore, favore juris, à præteritis, communiter contingentibus &c.

*Resp. 3. differt etiam præsumptio à fictione juris. Primò enim præsumptio est aliqua probatio quam jus in re quapiam dubia ex indiciis desumit, fictio autem est certæ falsitatis pro veritate assumptio ex certa causa, & ad inducendum aliquem juris effectum. Exempla fictionis juris habentur passim, ut in *Tit. de Cler. non resid. L. 62. ff. de R. I. L. 11. §. 1. ff. qui potior. in pign. &c.* Deinde præsumptio aliter locum non habet in*

conscientia, quàm si veritas subsit, fictio autem cæteris paribus etiam in conscientia ligat. Enge
h. n. fm.

Q. 3. Quam probandi vim habeant præsumptiones? Resp. 1. Præsumptio levibus ad eò & insufficientibus argumentis concepta, ut prudentis animum movere non possint, nihil probat sed explodenda est juxta can. 9. caus. 6. q. 1. c. 44. §. fm. de sent. excomm. 2. Præsumptio probabilis, sive juris, sive hominis, semiplenè probat. c. 44. cit. & c. 13. h. t. 3. Si indicia & præsumptiones vehementes urgeant, in foro Canonico indici potest Reo purgatio Canonica c. fm. §. sanè. de jurejur. c. 4. de purgat. Can. In foro autem Civili procedi potest ad torturam, L. 11. §. 1. ff. L. 8. §. 1. C. de QQ. Ad condemnationem tamen ex præsumptionibus etiam vehementibus nequit deveniri in causâ criminali, arg. L. fm. C. de prob. c. 14. h. t. 4. Si præsumptiones sint vehementissima, sive deinde sint juris sive hominis, si ortæ ex actibus delicto proximis, huicque semper ordinariè connexis, adeoque moraliter certis, tunc etiam in causis criminalibus ad poenam ordinariam Judex poterit procedere, præsertim in criminibus occultis, & quæ sunt difficilis probationis. c. 10. & 12. h. t. c. 6. de cons. ult. vel inut. c. 7. de haret. in 6. L. 34. C. ad L. Jul. de adult.

Q. 4. Quinam alii sint effectus præsumptionum? Resp. 1. Præsumptio hominis probabilis tantum, non quidem regulariter, sed ubi iudici visum

sum fuerit, potest rejicere onus probandi in asserentem contrarium. Reiffenst. *h. t. n. 36.* Præsumptio *violenta* hominis transfert semper onus probandi in adversarium. *c. 3. de Presb. non baptiz.* Et multò magis præsumptio *juris*. arg. *c. 2. & 4. de prob.* Imò præsumptio naturalis, seu resultans ex iis, quæ naturaliter cuique insunt, transfert onus probandi in eum, qui aliquid huic præsumptioni contrarium asserit; uti juxta *c. fin. h. t.* præsumitur quis idoneus, nisi ostendatur contrarium, quod tamen intelligitur de idoneitate intrinseca, quacum quis nascitur. Abb. in *cit. c. ult. n. 7.* Limitationes vide apud Pirh. *h. t. n. 42.*

Resp. 2. Præsumptionis *juris & de jure* effectus sunt seqq. Ita habetur pro veritate, ut regulariter probationem in contrarium non admittat: impedit appellationem: non admittit juramentum ejus, contra quem stat: ex præsumptione *juris & de jure* ferri potest sententia. Schmalzg. *h. t. n. 11.* Quod ultimum etiam præsumptioni *juris tantum*, si non fuerit elisa, convenit. *c. fin. de rest. spol. in 6.*

Resp. 3. Admittitur tamen contra præsumptionem *juris & de jure* 1. probatio *indirecta*, quæ scilicet solum ostendat, non adesse qualitates & circumstantias, ad hanc præsumptionem concipiendam à LL. requisitas. Exempla habet Leur. *h. t. Q. 742. n. 3.* Deinde etiam in casibus aliquibus *directa* probatio admittitur, v. g. quæ fit per notorium seu evidentiam facti in contrarium
ejus,

ejus, quod præsumitur ; quia præsumptio cedit
veritati ; Vel quæ fit per confessionem propriam
saltem judicialem, illius, pro quo stat talis præ-
sumptio. Ratio, quia nulla probatio manifestius
veritatem detegit, quam proprii oris confessio,
vel quæ fit per testes & instrumenta ; vel si con-
tra ipsam admiffa est probatio, nec aliquid à parte
oppositum.

TITULUS XXIV.

De Jurejurando.

§. 1.

De juramento in genere & de extraju- diciali.

Q. 1. *Quid sit juramentum in genere, & an li-
citur ? Resp. 1.* Juramentum est invocatio
divini Nominis in testimonium veritatis.
Ubi notandum, fieri id posse vel *explicitè*, vel
implicitè, vel etiam *per signa*. Verba tamen ju-
ramentum continentia non sunt, *per fidem meam*,
sub fide Sacerdotali, *sub fide mea nobili* ; quia
nullo modo invocationem divini Nominis in-
volvunt.

Resp. 2. Juramentum, si debitè fiat, hone-
stum est & laudabile. Deuter. 6. v. 13. Ps. 62.
Jer. 4. c. 26. h. t. Ratio, quia juramentum est
actus Religionis & Patriæ, quo cultus divinae
veracitati exhibetur. Ut autem ritè præstetur,
tres comites habere debet juxta Jerem. 4. nim.

verita-

veritatem, iudicium, justitiam. Latius habet hæc Engel à n. 5. & alii. Quò & id reducitur, non licere jurare utendo verbis in sensu diverso ab eo, quem intendit legitimè interrogans &c. Vide tamen dicta supra ad Tit de Confess.

Q. 2. Quotuplex sit juramentum? Resp. 1. Juramentum celeberrima divisione dividitur in assertorium & promissorium. *Promissorium* est, quo aliquid simpliciter, vel jam pactum ac promissum nos fideliter velle servare ac præstare, sub invocatione divini Nominis pollicemur. *Assertorium* est, quo DEus vocatur in testem assertæ vel negatæ veritatis, vel, quod idem est, quo quis aliquid esse, vel non esse asseverat.

2. Dividitur in *judiciale*, quod in iudicio, & *extrajudiciale*, quod extra iudicium editur. *Judiciale* subdividitur in juramentum *calumniae*: *malitia*: *veritatis*: *credulitatis*; de quib. superius. Item in juramentum *litis decisivum* & in juramentum *in litem*. *Juramentum in litem* est, quo lis, sive res, de quâ in iudicio agitur, æstimatur; estque vel juramentum *veræ æstimationis*, vel *affectionis*, vel *super interesse singulari*. *Juramentum litis decisivum* est, quod præstatur ab alterutra parte litigante litis finiendæ gratiâ, in defectu aliarum probationum. Si à parte parti deferatur in iudicio iudice approbante, dicitur *judiciale voluntarium*, retento idèò adhuc *voluntarii* nomine, tum quòd non nisi à parte volente deferatur; tum etiam, quòd is, cui deferatur, electionem habeat, an id præstare,

an

an adversario referre velit. Si juramentum ob defectum plenæ probationis alterutri parti litigantium per judicem, sive ex officio, sive ad instantiam deferatur ad indagandam veritatem, dicitur *necessarium*; quod iterum duplex est, *suppletorium* scil. & *purgatorium*.

Q. 3. Quid de Juramento extrajudiciali assertorio observandum? Resp. 1. Per hoc juramentum rei tantum præsentis vel præteritæ veritas assertoria super futuris verò jurare non tam ad juramentum assertorium, quàm promissorium, pertinet. L. 4. Tr. 3. c. 4. n. 4. 2. Differt juramentum assertorium à promissorio, quòd in isto Deus tantum vocetur in testem, in promissorio autem in fidejussorem, dum petitur à Deo, ut ipse suâ præsentia promissioni factæ præstet authoritatem, quòd promittens rem, quam promisit, sit executurus. 3. Defectus *veritatis* in juramento assertorio, cadente licet super re levissima, semper constituit peccatum grave, nisi forte adsit defectus libertatis. Ratio, quia invocare Deum in testem falsi cujuscunque est gravissima illius injuria. Defectus *judicii* in eo situs, quòd desit honesta & utilis causa jurandi, præcisè consideratus culpam venialem non excedit. Defectus *justitiæ* sumitur inde, quòd juramentum ut instrumentum & firmiter adhibeatur ad finem vel mortaliter vel venialiter pravum.

Q. 4. Ad Juramentum promissorium quid requiratur, & ad quid obliget? Resp. 1. Duplex ad illud veritas requiritur, una *intentionis* ad faciendum

endum aliquid vel non faciendum, quam jurans habere debet de præfenti; altera *executionis*, seu veritas facti, & impletionis illius, quod se facturum promissit.

Resp. 2. Tres sunt regulæ in Jure Canonico proditæ ratione hujus juramenti. Prima *c. 8. 28. h. t. & c. 2. de pact. in 6.* quòd scil. omne juramentum absque peccato servabile sit servandum; unde & juxta *c. 6. h. t.* juramentum solvendi usuras; & juxta *c. 4. de his, qua vi.* à contrario arg. Juramentum Usuras solutas non repetendi; & juxta *cit. cap.* juramentum metu, etiam injusto, extortum, valet & obligat. secunda *c. 18. h. t.* quòd obligare nequeat juramentum ad rem illicitam & jure prohibitam; quia non potest esse vinculum iniquitatis; unde sequitur, juramentum super re illicita factum, dum ea mutatis postea circumstantiis redditur licita, non convalescere, nec ad opus illud obligare posse. *Reg. Jur. 18. in 6.* Nec ad deobligandum hoc in casu jurantem opus esse relaxatione. Item sequitur, juramentum vel super re prohibita Lege naturali, vel lege positiva, cujus transgressio importat culpam, *Theologicam*, non obligare. Vide Pichler *h. n. 37.* Imò materia juramenti promissorii nequidem esse potest materia indifferens, aut majoris boni impeditiva, *si fiat soli Deo.* Ratio, quia tale juramentum DEUS non censetur acceptare, tertia Regula est *c. 58. de R. 1. in 6.* quòd juramentum contra bonos mores præstitum obligatorium non sit. Ubi tamen id notandum, quòd
jura-

juramentum homini factum de re licita, sed ob malum finem ab eo obtinendum, ante obtentum finem non obliget, sed sit retractandum obtento autem fine obliget. Ratio, quia executio promissionis contra bonos mores non est.

Q. 5. Qua & qualis sit obligatio, quam inducit juramentum promissorium? Resp. 1. Si res quæ juratum est, sit gravis, ad sui impletionem juramentum promissorium sub gravi; si res sit levis, sub levi; si res sit illicita, sub nullo peccato obligat. Ratio primi, quia in re gravi graviter contemnitur autoritas DEI. Ratio secundi eadem, quia si semel cum animo implendi juratum, inducitur tantum obligatio implendi rem juratam, quæ obligatio proportionata esse debet. Ratio tertii patet ex dictis.

Resp. 2. Obligatio juramenti promissorii quæ juramenti est obligatio Religionis & personalis. Ratio, quia jusjurandum quæ tale est actio personalis, & obligatio voluntariè assumpta ex virtute Religionis. Sequelas hinc plures deducuntur. *Leur. h. t. Q. 784.* 2. Obligatio juramenti quæ promissionis acceptatæ ab homine est obligatio justitiæ & realis, consequenter transiens ad hæredes jurantis *c. 14. h. t. L. 9. ff. de prole*. Ratio, quia prout juramentum est promissio, si quidem acceptata, ita est pactum vel contractus inducens obligationem justitiæ, quæ transit ad hæredes. 3. Obligatio juramenti respectu illius cui juratur, est realis, ita ut jurans etiam obligetur

tur ejus hæredibus obligatione propria juramenti.
cit. cap. & L.

Q. 6. Quam vim habeat juramentum promissorium confirmandi contractus? Resp. 1. Si juramentum adjiciatur contractui *valido* jam antea & firmo, eum servandi obligatio est ex duplici titulo, sed tamen talis contractus juridicè non dicitur esse firmatus juramento.

Resp. 2. Si contractus *Lege humanâ* aliàs sit irritus, illique adjiciatur juramentum, probabilius est firmari, *intrinsicè* etiam, contractum, ut ultra obligationem Religionis, quam habet vi juramenti, etiam obligationem justitiæ inducat. *Auth. Sacramenta puberum. C. si. advers. vendit. c. 28. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.* ex quibus textibus colligitur, cum jura sæpe voluerint, contractus ita firmari juramento, ut habeantur iidem effectus, ac si omni jure essent validi, debuisse etiam admissio juramento ponere eam causam, à quâ solent aliàs manare hi effectus, quæ causa alia non est, quàm valor contractûs. Deinde. Potuerunt LLres velle, ut contractus aliàs *Lege humanâ* irriti firmarentur juramento; atquæ ita eos voluisse ex *cit. cap.* colligitur; ergo. Tollunt itaque LLres ob reverentiam juramenti impedimentum, quod obstabat, ne pareretur obligatio civilis, quod impedimentum erat inefficacia contractûs.

Resp. 3. Non tamen omnes contractus jure positivo irriti firmantur juramento; excipiuntur enim 1. contractus principaliter irritati ob

Liber II.

K

uti,

utilitatem publicam. *L. 7. ff de pactis.* 2. Contractus turpitudinem continentes ex parte obligantis, in cujus favorem juratur. 3. Quando juramentum directe vergit in præjudicium tertii. *c. 28. h. t.* 4. Quotiescunque juramentum ab aliquo peccato jurantis servari non potest. Ratio quia nullum est tale juramentum, adeoque & vim nullam habet.

Resp. 4. Non etiam potest contractus contra primum juramentum factus, si per se & absque altero juramento sit invalidus, firmari juramento subsequendo; v. g. juras, te non alienaturum fundum dotalem, & deinde contra hoc juramentum alienas, cum juramento non contraveniendi alienationi, hæc alienatio non firmatur. Ratio, quia juramentum posterius, cum sit perversum & contra firmatorium criminis perjurii, non potest obligare contra juramentum prius, ne sit vinculum iniquitatis.

Q. 7. Quomodo cesset obligatio juramenti?

1. Cessat *irritatione*, quæ est actus, quo superior omnino aufert obligationem à subdito. Irritatio spectat ad potestatem dominativam, (quæ competit vel in ipsam personam jurantis, vel in materiam juratam) & ad sui valorem nullam requirit causam. Qui irritare possunt vota, uti patet. Prælati, mariti, iidem irritare possunt juramenta *DEO facta*: similiter omnes, qui potestatem dominativam habent, irritare etiam possunt juramenta suorum subditorum in materia sibi subiecta. Ita comm.

Resp.

Resp. 2. Cessat obligatio juramenti *relaxatione*,
sive *dispensatione*, quæ est exemptio ab obligatione
juramenti, & spectat ad jurisdictionem in subdi-
tos. Dispensare possunt in juramentis soli DEO
factis, vel homini quidem, *cui tamen jus quæsitum*
necdum est, Papa, & plerumque Episcopus &c.
pro foro interno, neuter autem sine justa causa,
quæ ad ipsum dispensationis valorem requiritur.
Ita comm. Quid superior laicus possit circa re-
laxationem juramentorum, habet Leur. *h. t.*
Q. 803.

Resp. 3. Cessat obligatio juramenti *remissione*,
dum is, in cujus utilitatem juratum, obligationem
sponte condonat; facta enim tali obligationis
remissione, & ipsa juramenti obligatio cessat tan-
quam accessoria, sublatâ principali.

Resp. 4. *Commutatione* obligatio juramenti
non extinguitur, sed in aliam transfertur; po-
tèstque quilibet autoritate propria juramentum
à se præstitum DEO in aliud *evidenter* melius
commutare. *c. 3. h. t.* In favorem & utilitatem
privatam hominis præstitum commutari non po-
tèst, etiam in melius, sine ejus expresso vel tacito
consensu. Ratio, quia non semper gratius est
promissario, quod melius.

§. 2.

De Juramento judiciali.

Q. 1. *Quidnam ratione hujus §. praevidendum*
Resp. Quod supra monebatur, scilicet juramentum
 judiciaire accipi dupliciter, *genericè*, prout
 dicitur omne juramentum in iudicio praestitum
 vel iudice, vel parte deferente; & *specificè*, prout
 dicitur juramentum *voluntarium* à parte parti de-
 bitum iudice approbante; cui & opponitur juramentum
necessarium, vel *suppletorium*, quod à iudice
 Actori, vel *purgatorium*, quod Reo deferitur
 ob inopiam probationum.

Q. 2. *Quis juramentum judiciaire specificè su-
 prum, sive judiciaire voluntarium deferre possit, et
 Reo actor, qui nihil probavit?* *Resp.* ad 1. Omnis
 potest deferre juramentum hoc, qui habet re-
 suarum administrationem, & non tantum Actor
 Reo, sed & hic Actori, sive sit causa civilis, sive
 criminalis. Ratio, quia Jura indistinctè loquuntur,
 dum facultatem deferendi juramentum concedunt.
 Neuter tamen potest illud deferre in
 causa matrimoniali, vel Professionis Religiosae,
 dum agitur de iis dissolvendis, arg. c. *su. de*
transact. c. 2. de transl. Episc.

Resp. ad 2. Actor Reo deferre juramentum
 judiciaire voluntarium non potest, dum is nihil
 probavit; adeoque Reus in tali casu nec ad pro-
 standum, nec ad referendum juramentum tenetur.
arg. & fin. §. sane. h. t. l. 4. C. de edend. Reo

tio esse potest, quia Reus, dum Actor plenè probavit, non permittitur insuper ab eo exigere juramentum. *c. 2. de probat.* ergo vicissim, si actor nihil probavit, permitti non debet petere juramentum à Reo, quo hic probet suam innocentiam.

Q. 3. An juramentum judiciale specificè sumptum necessariò præstandum à parte, cui defertur?

Resp. Neg. sed referri potest regulariter, non tamen omnino recusari absque justa causa. *L. 9. L. 12. §. 1. C. de reb. cred. L. 34. §. 6. L. 38. ff. h. t.* Causæ recusandi justæ sunt, si is, cui defertur, versetur in ignorantia facti alieni. *L. 34. in princ. ff. h. t. L. 11. §. 2. ff. ver. amot.* Si deferens nolit jurare de calumnia. Si deferatur à judice incompetente. *L. 35. §. fin. ff. h. t.* Si deferens revocavit, & rursus conferre vellet. *L. 11. C. de reb. cred.* Imò, juxta multos, si is, cui defertur, aliunde suam velit causam probare. *c. 2. de prob.* videatur tamen Engel *hic n. 27.*

Q. 4. Quis sit effectus juramenti judicialis specificè sumpti? Resp. 1. Delati effectus est, quòd vel præstari debeat vel referri, juxta dicta. Deinde delatum & acceptatum revocari à deferente non potest. L. 75. ff. de R. I. L. 5. C. de O. & Act.

Resp. 2. Delati & præstiti effectus est victoria, quam obtinet jurans, ita ut etiam sententia ferenda sit. Ratio, quia hujusmodi juramentum complet probationes, ut quæstio deinceps non supersit. L. 5. §. 2. L. 9. §. 1. ff. h. t. L. 11.

§. fin. C. de reb. cred. 2. A sententia ad præstationem juramenti judicialis latâ appellari regulariter non potest, nec causa sic decisa retractari, *L. 31. ff. h. t.* 3. Notat tamen Engel hic in 32. probabilius & æquius esse, juramentum judiciale propter perjurium posse retractari per *L. fin. C. de reb. cred.*

Q. 5. An iudex juramentum necessarium tenetur deferre & cui? Resp. 1. Juramentum necessarium, quod scilicet alterutri parti in supplementum probationis imponitur, præstandumque est necessario ab eo, cui defertur, tenetur iudex, non tantum si partes petant, sed etiam ex officio deferre. *L. 3. C. de reb. cred. ob hanc oportet.* 2. Debet tamen negotium esse semiplenè probatum, uti habetur casus in *c. 3. de Procur.* Ratio, quia juramentum supplet probationem, & facit plenam. 3. Debet insuper persona, cui defertur, esse legalis & quæ possit pacisci: item lis dubia; semiplena probatio; parvitas causæ; ubi tamen vide *Piccol. h. n. 22.* præsentia, vel saltem citatio partis adversæ &c.

Resp. 2. Si Actor semiplenè probavit suam intentionem, Reus nihil, deferendum est Actori. Ratio, quia in supplementum probationis defertur. Si uterque semiplenè probavit, defertur Reo; quia hujus favorabiliores sunt partes, *c. 3. de prob. L. 125. ff. de R. I.* Si Actor plenè probavit, Reus non admittitur ad juramentum, cum stari debeat plena probatione, *c. 2. de prob.* Si Actor non probasset semiplenè, & Reus

Reus omnino nihil; si tamen Actor aliquam pro se præsumptionem attulerit, potest Reo juramentum purgatorium deferri; si verò nec hanc attulit, Reo non potest deferri juramentum, sed absolvendus est. Schmalzgr. à n. 43. hic.

Q. 6. Quis sit effectus juramenti necessarii? Resp. Purgatorii, de quo ad Tit. de purg. Can. effectus est purgatio suspicionis. Suppletorii tantum delati effectus est absoluta necessitas illud præstandi; nec enim absque justa causa recusari potest, vel adversario referri c. fin. h. t. L. 12. §. 1. & 2. C. de reb. cred. Effectus delati & præstiti est, ut probationem imperfectam integret & perficiat, c. & L. cit. Sententia tamen lata pro eo, qui probationem complevit per juramentum, ita firma non est, ut aliæ sententiæ. Ratio, quia potest post decendum, ab eodem etiam iudice rescindi & retractari propter instrumenta noviter reperta. L. 31. ff. h. t.

De juramento in litem videatur Tit. ff. de in litem jur.

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

Q. 1. Quid & quotuplex sit exceptio? Resp. ad I. Exceptio, prout est hujus loci & strictè accepta, est exclusio actionis, quam Actor contra Reum in iudicium deducit.

K 4

Resp.

Resp. ad 2. Alia est exceptio *facti*, quâ Reus repellit Actorem nullo jure agentem, ut si quis agat ex empto ad equum tradendum, cum emptio nunquam præcesserit. Alia *Juris*, quâ Reus excludit actionem ipso quidem jure competentem sed cujus nomine iniquum sit Reum condemnari. Item alia est exceptio *Realis*, uti est exceptio rei Judicatæ, doli mali, quod metûs causâ; alia *personalis*, quæ non causæ, sed personæ intuitu datur. talis est exceptio *competentia*, quam certæ personæ habent. *L. 7. ff. h. t. L. 12. & 13. ff. solut. matr. L. 21. ff. de pactis.* Celebrerrima divisione exceptio dividitur in *Peremptoriam*, seu *Perpetuam*, quæ jus Actoris omnino perimit, actionem penitus tollit, semperque & perpetuo obstat: v. g. exceptio contractûs invalidi, pacti de non petendo, transactionis, rei judicatæ, &c. *§. 9. Inst. h. t. L. 3. princ. ff. eod.* Et in *dilatoriam*, quæ principalem causam & actionem non perimit, sed tantum differt ad tempus. *§. 10. Inst. h. t.* ut si judex dicatur incompetens; si Procurator negetur habere mandatum, si Reus conqueratur se spoliatum &c.

Q. 2. A quibus proponi debeant & possint exceptiones? Resp. 1. Ut sortiantur effectum, debent proponi à Reo in judicio *L. 9. C. h. t. c. 4. eod.* Judex exceptionem, licet sibi notam, ex officio (*regulariter ob L. 24. & 27. C. de Procurat.*) supplere non tenetur. arg. *L. 11. C. de appell.* Ratio, ne videatur judicis officium deponere & advocati in se suscipere.

Resp.

Resp. 2. Exceptiones reales etiam à Reorum heredibus opponi possunt: quia hi in universum illorum jus succedunt. *L. 11. ff. de divers. temp. praescript.* Exceptiones etiam reales Reis competentes fidejussoribus eorum profunt. *§. 4. Inst. de replicat.*

Resp. 3. Exceptiones à Reo excommunicato, etiam excommunicatione majori, possunt opponi *c. 5. h. t.* Ratio, quia exceptio habet rationem defensionis, quæ excommunicato neganda non est. Perinde est, sive exceptiones in scriptis, sive viva voce proponantur. *AA. comm.*

Resp. 4. Potest quis ad excludendam unam actionem uti pluribus exceptionibus, etiamsi diversa sint. *L. 8. ff. h. t. c. 20. de reg. jur. in 6.* Ratio, quia nemo prohibetur uti pluribus defensionibus. In Camera tamen Imperiali, licet contrarium sit de jure communi *L. 8. & 9. C. h. t.* omnes exceptiones non successivè, sed simul proponendæ. *Ord. cam. p. 3. tit. 34. & 37. idem obtinet vi Recess. Imper. de Anno. 1654. §. es soll such hinführo*

Q. 3. Exceptiones dilatoria quando opponenda?

Resp. 1. Jure communi regulariter ante litis contestationem. *L. 12. & 13. C. h. t. L. 40. §. 3. ff. de Procurat. c. 20. de sent. & re jud.* Ratio, quia hæc dilationes opponuntur ad iudicium differendum, ejusque ingressum impediendum; ergo. Exceptiones iudicis personam respicientes debent ante omnem actum opponi, ne aliàs reus videatur in Judicem consensisse.

K 5

Resp.

Resp. 2. Dantur casus, in quibus exceptiones dilatoriae post L. C. opponi possunt: & 1. quidem, si exceptio primum superveniat post litteras contestatas *L. 11. §. 8 ff. de interr. in jure faciend.* Si exceptio ante L. C. opponi quidem debuisset, sed post eam modò innotuerit, idque Reus post juramento testari. *c. 4. h. t.* quod cap. hic notandum. 3. Vel si antea quidem innotuit, sed tum probari non poterat, acquisitâ postmodum facultate probandi. arg. *c. 4. de elect. in 6.* Si exceptio prius omissa statim & in continentibus post L. C. opponatur, aut post lapsum terminum *L. Lecta. 40. §. dicebam. ff. de reb. cred.* 5. Si exceptiones dilatoriae sint tales, ut judicium & retroacta annullent, ut si excipiatur, quòd Procurator sine mandato egerit, neque Dominus velit ratum habere. *L. 24. C. de Procur.* 6. Exceptio excommunicationis majoris in quacunque parte judicii dilatorie opponi potest, licet Reus malitiosè distulerit exceptionem istam formare. *c. 1. h. t. c. 1. eod. in 6.*

Q. 4. Exceptiones peremptoriae quando proponenda? Resp. 1. Hodie regulariter à tempore litterarum contestatarum opponi possunt, usque ad sententiam definitivam, non post eam. *L. 4. §. 9. C. b. c. c. 1. de lit. contest. in 6.* 2. Casus in quibus exceptiones peremptoriae, etiam post sententiam opponi possunt, sunt: Si opponitur *exceptio nullitatis* sententiae ex quacunque causa. Si opponitur exceptio, quae sententiam rescindit, ut exceptio, restitutionis in integrum. *L. 36. ff. de minor.*

Vel quæ sententiam non quidem oppugnat, sed tamen executionem impedit aut moderatur, v. g. exceptio S. C. Maced. Vellej. exceptio non numeratæ pecuniæ, competentis &c. *L. 11. ff. ad S. C. Maced.*

Q. 5. Quale remedium competat Actori contra exceptionem Rei? Si exceptio à Reo opposita Actori videatur insufficientis ad actionem suam excludendam, is se tuebitur replicatione; quodsi hæc replicatio justa & efficax non videatur, à Reo ad eam elidendam duplicatio opponitur: quæ ipsa etiam per triplicationem ab Actore; & hæc per quadruplicationem à Reo oppugnari potest. Ulterius ne lites nimium protrahantur, non proceditur, nisi fortè ex gravibus motivis, sed debet in causa concludi.

*Q. 6. Quis finis sit & effectus exceptionis? Resp. 1. Finem exponit Imp. princ. Inst. h. t. 2. Effectus exceptionis est, quòd dilatoria, ritè probata, liberet à observatione iudicii; peremptoria verò liberet penitus excipientem ab instituta actione, &c. Deinde, quòd Reus excipiendo fiat actor secundum quid. *L. 1. ff. h. t.* Reus tamen excipiens si deficiat in probatione suæ exceptionis, per se non censetur fateri intentionem Actoris, modò purè excipiat *c. 63. de R. I. in 6. c. 6. h. t. L. 9. ff. eod.* De exceptionibus in specie agit *h. t. Leur. à Capite II. Q. 872, usque ad finem Tituli, quem vide.**

TITU-

TITULUS XXVI.

De Præscriptionibus.

Q. 1. *Quid sit præscriptio?* *Resp.* 1. Est acquisitio domini vel alieni juris perempta per continuationem possessionis tempore & modo à LL. definito. Olim erant variae inter præscriptionem & usucapionem differentiae, hodie omnes sublatae sunt. *L. un. C. de usucap. transmissa.* Differt tamen etiamnum vel maxime præscriptio à Consuetudine, ut ad Tit. de Consuetud. dictum. Præterea modus in hac materia loquendi notandus; dum enim per præscriptionem acquiritur est jus novum adversus alterum, *Accusativo* utimur; v. g. *hanc rem, servitutem, usumfr. præscripsi.* Quod si extinctum est jus alterius per præscriptionem, *Dativo* utimur; v. g. *obligationi, alicuius servituti præscripsi.*

Q. 2. *Quotuplex sit præscriptio?* *Resp.* Præscriptio *ratione effectus* dividi potest in *positivam*, quâ uni acquiritur jus aliquod & alteri auferitur & in *privativam*, quâ quidem uni, contra quem præscribitur, auferitur vel potius extinguitur jus nullum tamen inde transit in præscribentem propriè & positivè, sed tantum immunitas aliquid & liberatio acquiritur. *Ratione temporis*, alia *ordinaria*, seu præscriptio *brevis & longi temporis*, quæ scilicet temporis ordinario completur, triennio in rebus mobilibus, decennio vel vicennio in immobilibus. Alia *extraordinaria* seu *longissimi temporis*,

poris, quod sunt 30. vel 40. anni. Et ad hanc pariter spectat præscriptio 60. 80. & 100. annorum, dicta *Centenaria*. Differt hæc à præscriptione *immemoriali*, utpote ad quam non requiruntur determinatè anni centum, nec requiritur, ut non constet, v. g. ex documentis de contrario, sed sufficit, modò nemo hominum actu existentium sciat initium possessionis ad talem præscriptionem requisitæ. Engel ad *Tit de decim. n. 3.* Probari potest præscriptio immemorialis potissimum per testes, qui per 40. annos se ita vidisse vel audivisse à suis Majoribus deponant; vel saltem affirmant, à nemine ex Majoribus se audivisse contrarium, vel quo tempore observatio, usus, possessio initium sumpserit. *L. 28. ff. de prob. L. 2. §. 3. & 5. ff. de aq. & aq. pluv. arc. L. 3. §. 4. ff. de aqua quot. & ast.* Vide Pichl. in *Thefib. inscriptis, Casus Juridici. Casu secundo.*

Q. 3. Unde orta & in quem finem introducta sit præscriptio? Resp. 1. Quoad substantiam & originem suam est juris gentium. Ratio, quia præscriptionem plures gentes quæ tales mutuâ sibi obligatione impositâ ad bonum suum commune observant: Item, quia exigit tranquillitas gentium, ut dominia rerum sint certa, dicendum, gentes præscriptionem quoad substantiam introduxiffe. Quoad præsentem verò formam & determinationem certi temporis, præscriptio est juris Civilis primitus, & dein Juris Canonici. Ita omnes.

Resp.

Resp. 2. Finis introducendæ præscriptionis fuit varius. 1. Utilitas publica, quæ exigit, ne dominia rerum semper sint in incerto, & possessores in perpetuo timore amittendi iterum res suas. *L. ff. de usurp. & usuc.* 2. Præcisio litium circum dominia aliàs oriturarum. *L. ult. ff. pro* 3. Ut diligentia hominum in cura rerum suarum acueretur. &c.

Q. 4. Quis sit effectus præscriptionis? Resp. Effectus generalis omnis præscriptionis legitimæ est acquisitio pleni & irrevocabilis dominii præscriptæ, aut ablatio juris ab altero, vel liberatio ab obligatione. Patet ex utroque jure, ratio est, quia si hæc non conferret præscriptio non tolleretur incertitudo dominiorum, non confunderetur possessorum securitati, non obviarentur litibus, &c. ergo. 2. Non tantum dominium utile, sed etiam directum transfertur per præscriptionem; quia jura indistinctè loquuntur, & simpliciter transferunt dominium. *L. 4. C. de præscript. 30. vel. 40. annor.* 3. Hinc sequitur, qui rem præscriptam domino pristino per errorem restituit, putans, se ad id obligatum, possit eam tanquam indebitè datam vindicare. *tot. in ff. & C. de condict. indeb.* 4. Isti effectus procedunt etiam quoad forum internum. Ratio, quia præscriptio utroque Jure est approbata. *Princ. Inst. de Usucap. L. 3. ff. de Usurp. c. fin. h. t.* Deinde quia id ad ejus finem quàm maximè necessarium est. Demum possunt LL. ex dominio alto & ratione boni publici transferre dominium rei

rei ab uno in alterum etiam in conscientia, quem-
admodum privati id possunt per mutuas pactio-
nes, ergo cum significant sufficienter, se transfer-
re, transferunt verè & absolutè etiam pro foro in-
terno.

Q. 5. Quinam possint præscribere, & contra
quos? Resp. 1. Omnes, quotquot possessionis &
dominii capaces sunt, possunt præscribere. L. 3.
& 23. ff. de usurp. & usucap. 1. De quo dubita-
ri poterat, filiusfam. quoad bona Castrensia, ad-
ventitia. L. 4. ff. h. t. quoad profectitia usucapere
potest quoad actum & factum usucapiendi, non
autem quoad jus ex usucapione resultans; cum
hoc statim acquiratur patri. §. 1. Inst. per quas pers.
2. Pupillus, etiam sine autoritate Tutoris, præ-
scriptionem inchoare, continuare, complere po-
test. L. 4. §. 2. ff. h. t. Furiosus, licet enim
nequidem cum Curatore possit inchoare præ-
scriptionem, quia possessionem nequit acquirere.
L. 1. §. 3. ff. de acq. poss. Si tamen tempore
sanæ mentis possessionem cœpit, continuare &
complere præscriptionem potest. Ratio datur
L. 44. ff. h. t. 4. Uti possidere, ita etiam usuca-
pere quis potest per alium. L. 8. 27. 28. ff. h. t.
iuncta. L. 1. & 44. ff. de acq. poss.

Resp. 2. Pich. h. t. n. 89. dat hanc regu-
lam, quòd præscribi nequeat contra personas,
quæ in iudicio stare, agere, jura sua tueri, vel
bona administrare non possunt, quia impedimen-
to juris sive intrinseco sunt constrictæ, uti sunt
pupilli, filiusfam. quoad adventitia &c. Secus

con-

contra eas, quæ habent impedimentum facti ab extrinseco, ut sunt absentes, ægroti &c. quod his tamen beneficium restitutionis concedatur. *tot. tit. ff. & C. ex quib. caus. mai.* quod utrum saltem de praxi juxta nos procedit, non est jure. Vide tit. *de restit. Q. 4. Resp. ad 2.*

Q. 6. Quanam sint requisita ad præscriptionem.
Resp. 1. Ut sit res apta præscribi. 2. Bona fides. 3. Justus titulus. 4. Possessio legitimo tempore continuata. Comprehendi possunt seqq. Verba hæc requisita:

Sit res apta, fides bona, sit titulus quoque justus. Possideas justè, completo tempore legis.

Q. 7. Quanam res apta sint præscribi vel non sint.
Resp. 1. Res, ut præscribi possint, debent esse aliena, sive deinde mobiles sint, sive immobiles corporales aut incorporales, modo non specialiter excipiantur. *Princ. Inst. h. t. L. un. C. de usucap. transform.*

Resp. 2. Res eæ omnes præscribi non possunt, quæ vel ex natura rei, vel LL. dispositione nequeunt sub alicujus possessione aut dominio esse. Ratio, quia præscriptio est adjectio domini, ergo. Sic 1. ex natura sua liber homo, res sanctæ, Religiosæ, Sacræ, & ad cultum DEI immediate deputatæ, v. g. templa, monasteria, cœmeteria, reliquiæ, Ss. calices, nullo tempore præscribuntur. *§. 1. Inst. de usucap. L. 9. ff. eod.* quia in Dominio privatorum non sunt. 2. nec res publicis usibus deputatæ, ut forum, via publica, pontes, theatra unquam præscribi possunt. *L. 9. ff. h. t. L. 6. C. de*

oper.

oper. publ. 3. Nec hæreditas vel alia res communis ante divisionem; nec res meræ facultatis præscribi possunt. Ratio primi, quia talis hæreditatem non suo, sed omnium aliorum nomine possidet. Ratio secundi, quia hujusmodi res, cum sint meri facti, juris nihil ponunt. 4. à Laicis non jura Ecclesiastica; quia à Laicis possideri nequeunt. *c. 7. h. t.* Huc etiam spectat, quòd jus decimandi Ecclesiasticum post Conc. Later. à Laicis nunquam, ne tempore immemoriali quidem præscribi possit. Ratio, quia Laici hoc jus possidere non possunt. *c. 15. 17 & 25. de decim.* 5. Ex jure positivo simpliciter prohibentur præscribi limites Parochiarum & Episcopatum, modò sufficienter constet, illos fines præfixos. *c. 4. de Parochiis.* 6. Jura Majestatis. *L. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* 7. Jura subjectionis & obedientiæ. *c. 12. & 16. h. t.* Res pupillares. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Q. 8. Quanam porro non sint præscriptibilia, & An juri tuendi pignoris præscribatur? Resp. Neg. præter plures rationes ista est, quia in tali præscriptione possessio, bona fides, & justus titulus deficeret. Deinde, *An præstationibus annuis præscribi possit, ut emphyteuta v. g. qui per 30. annos canonem non solvit, nec à Domino directo interpellatus est, libertatem à solutione canonis in tempus futurum præscribat? Resp.* Singulorum tantum annorum singulæ præscriptiones sunt, ita ut duntaxat præstationes præscribantur, respectu quarum 30. anni lapsi sunt, non verò futuræ *L. 7. §. 6. C. de præscript. 30. vel 40. annor. L. 28. ff.*

Liber II.

L

quib.

quib. mod. ususfr. amitt. Ratio, quia tot debent
 præscriptiones, quot sunt actiones, atqui singu-
 lis annis nascitur nova actio, ergo & opus est
 va præscriptione. Item. Præscriptio sine posses-
 sione non currit, quod tamen fieret. Demum
An debitis possit præscribi? Resp. Numquam à de-
 tore debito pecuniario personali, v. g. mutui
 cepti præscribi potest. Ratio, quia talis habet
 nequit bonam fidem, se justè possidere jus
 solvendi; licet creditor non exigat solutionem,
 quia terminus elapsus admonet solutionis. *L. 1. C. de contrah. stip.* licet etiam debitum indefinitè
 contractum, quia manet & est semper obligatio
 solvendi, saltem post illud tempus, quod ex
 consuetudine & usu communi in istiusmodi solutio-
 nibus observari solet. *Pich. h. t. n. 51.*

*Q. 10. Quid sit bona fides, & an ad præscrip-
 tionem requiratur? Resp. 1. Bona fides est iudicium
 quo quis prudenter & inculpabiliter iudicat, res
 quam possidet, esse suam, aut se non agere con-
 tra jus alterius rem possidendo, vel aliquid agen-
 do, aut omittendo. Si hoc iudicium ex posses-
 sione & probabili fundamento procedat, est fides
 positivè bona; si quis ignorat aut negativè dubitat,
 num res possessa sit sua, est fides negativè bona.
 Porro dicitur negativè dubitare, qui vel nullam
 vel non sufficientem habet rationem iudicandi
 rem illam esse suam, aut se non agere contra jus
 alterius; positivè autem, qui habet. Utrumque
 dividitur in speculativum & practicum: *specula-
 tivum est, dum quis in genere dubitat, an res
 quam**

quam possidet, vel vult possidere, sit sua, an aliena. *Practicum*, cum dubitat, an in his circumstantiis possit licite retinere rem, de qua dubitat, an non sit aliena.

Resp. 2. Ad omnem praescriptionem tam inchoandam, quam continuandam bona fides requiritur. *c. 5. 17. & fin. h. t. c. 2. de R. I. in 6.* Unde patet, Jus Civile praescriptionem cum m. f. admittens à Canonico esse Correctum.

Q. 11. An & quale dubium obsit bonae fidei? Resp.

1. Ad inchoationem praescriptionis negativè bona fides non sufficit, sive non potest inchoari praescriptio cum dubio speculativo, sed requiritur fides positivè bona. Ratio, quia qui non habet rationem judicandi, rem ad se potius pertinere, quam ad alium, non potest eam sibi licite praeter alio usurpare, neque enim melior est ejus conditio, quam alterius, ergo malam in hoc casu fidem habet, ergo.

Resp. 2. Dubium speculativum praescriptioni b. f. ceptae superveniens non impedit continuationem praescriptionis. *can. 5. caus. 34. q. 2.* Ratio, quia volens ita praescribere judicium sibi moraliter certum formare potest, meliorem esse suam possidentis conditionem, quam extranei.

Q. 12. An & qualis ignorantia obsit bonae fidei ad praescriptionem requisita? Resp. 1. Ignorantia facti non obest b. f. *L. 4. ff. de Jur. & fact. ignor.* 2. Nec obest ignorantia invincibilis juris dubii; quia jus dubium jus non est. 3. Ignorantia tamen *juris clari* obest in praescriptione ordinaria;

L 2

L.

L. 4. cit. & L. 31. ff. de usurp. nisi sit juridice culpata, qualis censetur esse in militibus & Militaribus. L. 9. princ. & S. 1. ff. de jur. fact. ignor.

Q. 13. An semper obstet bona fidei scientia alieni? Resp. 1. Scientia juris alieni impedit bonitatem fidei ad præscribendam obligationem quæ ordinatur ad aliquid à te agendum, v. g. restituendum, solvendum ex mutuo, empto & ad omittendum, v. g. ad omittendam venationem in alieno prædio. Ratio, quia tale jus obligat quoscunque pro semper & absolute ad non faciendos actus aut omissiones huic juri contractæ. Huc etiam pertinent obligationes, quæ habentur ex servitutibus urbanis.

Resp. 2. Scientia juris alieni non obstat bonitati fidei, si præscribendæ obligationi, quæ fit ad sustinendum aut patiendum aliquid, quod ab alio vel imponere potest, vel exigere; sic obligationes ex LL. pœnalibus ortæ extinguuntur à delinquente, etiam sciente se ad pœnam teneri; qui non tenetur ipse urgere pœnam, sed subire tantum, si imponatur; ubi ergo exacta non fuerit, tempore à LL. ad præscribendum definito, contra eam præscribet. Idem dicendum de servitutibus rusticis, conformiter. L. 10. 19. & 20. ff. quem admodum serv. amitt. & c.

Q. 14. An bona fides unius prodest, & an bona fides unius obsit alteri? Resp. Bona fides auctoris, id est, illius, qui rem prius possessam alteri tradit, prodest successoribus tam singularibus, quam universis.

putabat Dominum, sed non erat; vel existimatum quis inculpabiliter credit, se rem habere causa habili, quæ tamen re ipsa nec verè, nec parenter præcessit, v. g. si hæres inter res hæreditarias possideat rem alienam, quam b. f. testatoris fuisse iudicat; vel *presumptus*, quando possessor non allegare quidem potest specialem titulum quia v. g. ob temporis diuturnitatem non amplius meminit, aut rem, quam possedit hæctenus, accepit olim ex emptione, donatione &c. jura tamen ob ipsum hoc tempus diuturnum præsumunt titulum præcessisse.

Resp. 2. Ad omnem præscriptionem requiritur aliquis titulus. *c. 17. h. t. l. 27. ff. de usurp. & usucap.* Ratio, quia titulus est causa & fundamentum justæ possessionis, & sine eo possidere non potest bonam fidem, cum nequeat credere, se habere jus possidendi, nisi credat se habere titulum, ex quo hoc jus oriatur. 2. Non sufficit *regulariter* solus titulus generalis. *l. 1. c. de R. V.* Vide Engel *h. n. 23.* ubi unum aut alterum casum ponit, in quo procedere ait præscriptionem titulo *pro suo, & pro soluto.* 3. Requiritur ergo ad præscriptionem *positivam* rerum corporalium titulus specialis, isque translatus dominii. *l. 24. c. de R. V.* Ratio, quia ad hoc, ut procedat præscriptio, debeo probabiliter iudicare rem esse meam, quod non possum, nisi titulus sit dominii translatus, ergo. 4. Titulus *verus* non requiritur, sed potius destruit præscriptionem, cum ex illo defacto transferatur dominium.

Suffi-

Sufficit ad præscriptionem titulus coloratus, aut
 apprensus, uti & existimatus. *L. 11. ff. pro emptore*
L. 5. ff. pro suo. Existimatus tamen tum suf-
 ficat, quando fundatur in errore facti alieni, secus
 si oriatur ex errore facti proprii *L. 11. cit.* Ratio,
 quia error circa factum proprium in iure non to-
 leratur. *L. 7. ff. ad S. C. Vell. 6.* Ad præscri-
 ptionem ordinariam rerum corporalium non suf-
 ficat titulus præsumptus. *L. 24. C. de rei vind.*
 Ad extraordinariam tamen sufficit, nec *regulariter*
 requiritur alius. *L. 4. C. de præscript. 30. vel 40.*
ann. c. 6. h. t. c. 1. eod. in 6. 7. Ad præscriptionem
 servitutum *realium* affirmatarum, modo adsit
 bona fides, non requiritur titulus propriè talis,
 sed sufficit diuturnus usus cum patientia & scientia
 domini, v. g. scientis tignum in suum murum im-
 mitti. *L. 10. ff. si servit. vind. L. 1. §. fin. ff.*
de aqua & aq. plu. arcend. &c. Idem proce-
 dit de præscriptione servitutum *negatarum* ex-
 cit. *LL.*

Q. 16. *Quanam possessio ad præscriptionem re-*
quiratur? Resp. 1. Quæ de possessione ad Tit.
de caus. possess. & propr. & varia ejusdem divisione
dicta sunt, hic debent recolligi. 2. Ad omnem
præscriptionem necessariò requiritur aliqua pos-
sessio. L. 25. ff. de Usurp. & usucap. & c. 3. de R. I.
in 6. 3. Ad inchoandam præscriptionem rerum
corporalium requiritur possessio à modo possidendi
naturalis & civilis simul, id est, detentio corporis
& animi adminiculo. L. 4. C. de acquir. & retin.
poss. Ad continuandam & complendam sufficit

L 4

etiam

etiam merè civilis, quâ non quidem aëtu corp
ris, benè tamen animo rei insistitur. *L. 17. ff. de
furt. L. 1. §. 14. L. 6. §. 1. ff. de acq. poss.* Non
men sufficit merè naturalis. arg. *L. 55. ff. de
& A. 4* Possessio ad præscriptionem requiritur
debet esse continua, & moraliter non interrup
§. 12. & 13. Inst. de usucap. c. 8. h. t. perinde
tem est, siue in eadem personâ, siue de persona
personam continuetur. *L. penult. §. 1. ff. de
vers. temp. præscript.*

*Q. 17. Quid de tempore ad præscriptionem requi
sito dicendum? Resp. 1.* Varium hoc est pro
rietate rerum, quarum aliæ sunt *mobiles*, aliæ *imm
biles*; pro varietate *jurium*, quæ si circa bona *mo
bilia*, mobilibus, si circa bona *immobilia* sunt
immobilibus accensentur; & pro varietate *proprietat
narum*, quæ sunt vel *privatæ*, vel *publicæ*, vel *Ecc
lesiastica*, vel *profana*, vel *præsentes*, vel *absentes*.
Communiter illud tempus dicitur *breve*, quod
infra decennium: *longum* sunt decem anni inter
præsentes, 20. inter absentes: *longissimum* sunt 30.
anni & ultra. Tempus *breve* & *longum* vocatur
ordinarium, unde & *præscriptio*, *ordinaria*: &
immemoriali dictum est supra.

Resp. 2. Brevi tempore, id est, triennio præ
scribuntur res *mobiles* privatorum cum titulo. *Im
mobiles* longo tempore, annis 10. scil. inter præ
sentes, 20. inter absentes. *Princ. Inst. de Usucap.
cap. L. un. C. de usucap. transform. L. 12. C. de præ
script. long. tem.* Siquis partim præsens, partim
absens fuerit, semper duo anni absentia reputantur

tur pro uno praesentia, & contra unus annus praesentia pro duobus absentia. *Auth. quod si quis C. de praescript. long temp.* De rebus mobilibus ad Ecclesiam pertinentibus plerique eodem modo loquuntur, quo de mobilibus privatorum ob *Auth. quas actiones. C. de Ss. Eccles.* quam non correctam, sed potius canonizatam dicunt *can. 16. caus. 16. q. 3.* Contrarius est Engel *h. t. n. 28.* Franz. *ad Inst. h. t. n. 37.* Ad praescribenda immobilia Ecclesiae Rom. requiritur centenaria praescriptio *c. 13. 14. 17. h. t. c. 2. eod. in 6. & cit. Auth.* Ad immobilia aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, causarum piarum (nonitem privata Clericorum) tempus 40. annorum requiritur. *Auth. cit. & c. 6. & 8. h. t.* quo ultimo sublatum est jus antiquum *c. 1. & seq. caus. 16. q. 3.* ubi iis tricennaria tantum praescriptio indulgebatur. Vid. Pichl. *h. n. 66.* Schmalzgr. *n. 101. & seq.* ad quam praescriptionem quadragenariam pertinent res Principis patrimoniales. *L. fin. C. de fund. patrim.* Res fisci, jam pleno jure illi quaesitae. *§. 9. Inst. de usucap. & c.*

Resp. 3. Annis 30. praescribuntur res minorum *L. 3. C. de praescript. 30. ann.* Res adventitiae filiorum fam. à Patre alienatae. *Nov. 22. c. 24.* Res à malae fidei possessore ignorante Domino alienatae. *Auth. malae fidei.* Res furto vel vi sublatae, non quidem à fure & violento possessore, sed à tertio b. f. possidente. *AA. ad §. 2. Inst. h. t.* Feudum, si licet, quis rem tanquam feudum 30. annis possedit, & servitia feudalia domino praestitit, quam-

vis non fuerit investitus. 2. feud. 26. §. siquis.
 Quando opus sit præscriptione 40. annor. ad finem Responsionis prioris dictum; ubi & de centenaria ad præscribenda immobilia Ecclesiæ Rom. Immemoriali tempore præscribuntur jurisdictione, vectigalia, jus collectandi, aliæque Regalia. Laterb. ad ff. tit. de divers. & temp. præscript. §. 45.

Q. 18. Quomodo impediatur præscriptio? Resp.

1. Contingit id, dum vel præscriptio non currit, vel dormit vel interrumpitur, vel rescinditur. Dicitur autem 1. non procedere, vel non currere præscriptio, dum non adsunt omnia requisita, sed vel fidei bonitas, vel titulus, vel aliud quid deest, ut præscriptio non possit inchoari. 2. Dormire, quando legitimè inchoata ob superveniens impedimentum suspenditur, sic tamen, ut procedat de novo, si cesset impedimentum; tale impedimentum est tempus belli, pestis; dum Ecclesia suo prælati est viduata; dum quis in ætate pupillari, vel minori constitutus. Interrumpi dicitur præscriptio, quando ob impedimentum superveniens totum tempus præcedens redditur inutile, ita ut cessante impedimento possessio de novo debeat inchoari. Interrumpi autem potest naturaliter, si post eam legitimè inchoatam deficit unum ex requisitis substantialibus, v. g. bona fides; vel civiliter, cum tantum fictione juris aliquod impedimentum intervenit, v. g. dum fit contestatio litis, libelli oblatio, & citatio, protestatio coram Notario & testibus. Interest autem multum, utrum naturaliter, an civiliter præscriptio interrumpatur;

natura-

naturalis enim interruptio, sive jure, sive injuria sive à Domino, sive à quocunque alio fiat, absolute respectu omnium præscriptioni obest; civilis non nisi respectu ejus, qui v. g. litem contestatur. Vide Engel *h. t. circa fin.* 4. *Rescindi* dicitur præscriptio, dum conceditur restitutio in integrum, quæ ex speciali privilegio, saltem contra præscriptionem ordinariam, datur Ecclesiis, aliisque piis locis: minoribus 25, annis; & subinde Majoribus &c.

TITULUS XXVII.

De Sententia & Re judicata.

Q. 1. *Quid sit conclusio in causa, utrum necessaria, & quis ejus effectus?* *Resp.* 1. Post probationes & exceptiones sufficienter allegatas sit à partibus conclusio in causa, quæ est *ulteriorum probationum renuntiatio, litisque ad decisionem submissio*: fieri potest vel *expresse*, vel *tacite*, vel *simpliciter & absolute*, vel *eventualiter* duntaxat, v. g. si & pars adversa concluderit.

Resp. 2. Conclusio in causa in processu quidem *Summario* omitti potest *Clem. 2. de V. S. circa fin.* in processu verò *Ordinario* ita necessaria est, ut eam omisâ totus processus vitietur de Jure Can. juxta *c. 11. de probat.*

Resp. 3. Effectus conclusionis in causa *absolute factæ* est, quòd post eam *regulariter* nulla amplius probatio admittatur in facto consistens. *c. 9. de*

§. de fid. instrum. c. 5. de caus. poss. & propr. excep-
 tionibus vide apud Pichl. h. n. 4.

Q. 2. Quid & quotuplex. sit sententia? Resp. 1.
 Sententia est pronuntiatio iudicis legitime facta
 litigantium controversias determinans. c. 2. h. n.
 L. 1. ff. de re jud.

Resp. 2. Sententia alia est *Definitiva*, quæ di-
 rectè definit, ac terminat litem, seu causam prin-
 cipalem; alia *interlocutoria*, quâ tantum aliquis
 articulus incidens vel emergens definitur; si sen-
 tentia directè quidem respiciat quæstionem inci-
 dentem, indirectè tamen attingat causam prin-
 cipalem, & ei faciat præjudicium, partique litigan-
 ti damnum inferat per definitivam, utpote quæ
 non feretur, irreparabile, dicitur *Interlocutoria*
Mixta, vel *Interlocutoria habens vim Definitivam*.
 Præter differentiam inter utramque in definitione
 ipsa assignatam recensentur seqq. 1. quod à defi-
 nitiva detur appellatio, non ab interlocutoria, ut
 infra. 2. Quod sententia definitiva valida semel à
 iudice lata nequeat ab illo revocari. L. 55. ff. de
 re jud. revocari possit interlocutoria. L. 14. ff. eod.
 3. Quod interlocutoria possit ferri sub conditio-
 ne, non definitiva. Hæ tamen & similes diffe-
 rentiæ tantum procedunt de interlocutoria *mixta* &
simpliciter tali.

Q. 3. Quid ad sententiæ judicialis definitivæ va-
 lorem intrinsecè, id est, circa ea, quæ ipsam ordi-
 natam causæ decisionem respiciunt, requiratur?

Resp. 1. Debet esse conformis juri, alias si con-
 tra jus clarum & certum feratur, est nulla. c. 1. h. n.
 L. 2.

L. 2. C. quand. provoc. non est necess. Id observandum, tum modò sententiam ipso jure esse nullam, si error contra jus *Constitutionis* in ipsa sententia exprimat. *c. 13. in fin. h. t. L. 33. ff. de re jud.* Si verò sententia sit contra jus *partis*, sive litigatoris iniqua tantum est, & injusta, ipsòque iure sustinetur, ac, nisi ab ea intra decendum appelletur, transit in rem judicatam. Engel *h. c. n. 16. & seq.* Schmalzgr. *eod. tit. n. 41. & seq.* 2. Debet esse lata ex instrumentis & testimoniis veris, hæc enim si notoriè falsa sint, vel talia esse probentur, sententia nulla est. *L. 1. & 3 C. si ex fals. instrum.* 3. Debet esse certa quoad condemnationem vel absolutionem, quatenus res in iudicium deducta patitur. *§. 32. Inst. de Action.* 4. Debet esse pura seu absoluta, & non sub conditione extrinseca & de futuro lata. *L. siquidem 1. §. 5. ff. quand. appelland. sit.* 5. Debet esse conformis libello. *Clem. 2. §. verum de V. S. c. 24. circa fin. de Accus.* Licet tamen quandoque iudici, recedere à libello, dummodo id vel æquitas, vel necessitas suadeat. Vide pluribus de his agentem Pichl. *h. t. à. n. 9.*

Q. 4. Quid ad sententia judicialis definitiva, qua fertur in iudicio ordinario, valorem extrinsecè requiratur; sive quid ad modum pertineat, quo sententia ferri debet? Resp. 1. Sententia ex scriptura sive libello recitari debet, c. 1. h. t. in 6. L. 2. C. de Sent. ex brevic. recit. 2. A iudice ipso, non stante, sed pro tribunali sedente. L. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss. servand. L. 6. §. 6. C. de posth. Recessit illud ab usu, quo ipse olim iudex

tenet

sententiam recitare debebat, cum per Secretario & Syndicos id modò soleat fieri. 3. Præsentibus vel saltem citatis partibus, ac iis quorum interest. *L. 47. in pr. ff. de re jud.* quod tamen in judiciis majoribus hodie non observatur. 4. Debet ferri in loco publico, ordinario, & consuetudine majorum. *L. 11. in fin. ff. de Reg. Jur.* 5. Justo tempore, non de nocte, sed de die, nec etiam die feriato, sed festivo &c. *Lauterb. ad ff. h. t. §. 17.* 6. Exceptiones circa dicta vide apud *Pichler. h. t. n. 10.* *Gail. etiam L. 1. Obs. 42.* tradit, in Camera Imperiali nullas processûs nullitates attendi, modò in iudice non fuerit defectus jurisdictionis, & de meritis causæ sufficienter constet.

Q. 5. Contra quem & intra quod tempus ferenda sententia? Resp. ad 1. Contra eum, qui litem est contestatus; itaque si contestatio litis à Procuratore facta, contra hunc, non contra Principalem ferenda est sententia. *L. 1. C. de Sent. & interloc.* Excipiuntur causæ matrimoniales & beneficiales; in quibus contra Principalem tantum fertur sententia juxta dicta ad *Tit. de procur. Q. 6.* Aliàs de Jure Canonico vel in Principalem vel in Procuratorem ferri potest. *c. 6. de in integr. rest.*

Resp. ad 2. Ferenda sententia est in causis civilibus spectato Jure Civili intra triennium, in criminalibus intra biennium à contestatione litis computandum. *L. 13. C. de Judic. L. ult. C. ut intra certum temp.* In foro Ecclesiastico deberent omnes causæ in prima instantia infra biennium terminari.

minari, ita ut, si id non fiat, partes possint quidem
 judicem superiorem adire, non tamen debeant.
 Trid. Sess. 24. c. 20. de reform.

Q. 6. *Quinam sint effectus latae sententiae definitivae?* Resp. Sunt seqq. 1. Ex parte *judicis* facit, ut iudex censeatur officio suo functus, sic, ut sententiam à se latam revocare aut corrigere nequeat, nisi omnino fuisset nulla. L. 14. §. 55. ff. de re judic. 2. Ex parte *litis* facit, ut ea finiatur, & nisi à sententia lata appelletur intra 10. dies, regulariter transeat in rem judicatam. L. 2. c. de sent. ex brev. recit. 3. Ex parte *litigantium* sopit controversiam saltem quoad instantiam. c. 2. h. r. Item sententia definitiva irrogat subinde infamiam condemnato, quod fit in omnibus delictis publicis, v. g. dum quis condemnatur de adultério, veneficio &c. & in quibusdam privatis, quorum 4. recensentur §. 2. Inst. de pæn. temerè litig. scil. furtum, rapina, injuria, dolus. Item in 4. contractibus, Deposito, Mandato, Tutela, Societate, si depositarius, Tutor. &c. directè de dolo accusentur & condemnentur. L. 1. ff. de bis, qui not. infam.

Q. 7. *An & quomodo Iudex fructuum ac expensarum rationem in sententia habere teneatur?*

Resp. 1. Iudex debet pronuntiare de fructibus post iudicium inchoatum perceptis, licet eo nomine imploratus non sit. L. 25. §. 8. ff. de adil. edict. L. 40. in princ. ff. de hared. petit. Ratio, quia hi fructus cum re principali, à qua post L. C. separari amplius non potuerunt, in iudicium de-

deducti videntur : de fructibus ante L.C. perceptis licet possit iudex etiam non imploratus pronuntiare, non tamen tenetur, nisi clausula salutaris fuerit adjecta. Engel. *h. n. 12, citans L. 25. ejusque s. cit.*

Resp. 2. Circa expensas regula in praxi recepta est, quod solum temere litigantes in eas condemnentur; quas postea victor iudici exhibere, hincque eas pro bono & æquo taxare solet. Engel. *loc. cit.* Schmalzgr. *h. t. §. 6. n. 114. & seq.* Si iudex super expensis nihil pronuntiavit, earum nomine nulla erit actio victori, quia censentur compensatæ. *L. 3. C. de fruct. & lit. expens.* Cæterum an & quomodo iudex in iudicando possit vel teneatur æquitatem rigori præferre, sequi opinionem communem, affectum privatum seponere &c. vide tum apud Engel *h. n. 18.* tum supra *ad Tit. de off. jud.*

Q. 8. Quanam sint pœna iudicis male iudicantis?

Resp. 1. Si iudex ex malitia male iudicavit, sed inductus gratiâ, odio, timore, ex delicto in solidum ad litis æstimationem & omne damnum ac interesse tenetur & condemnatur. *L. 15. ff. de iud.*

2. Si iudex pecuniâ corruptus male iudicavit in causa pecuniaria, tunc ultra omne litis damnum restituendum parti læsæ, triplum ejus, quod accepit, vel duplum ejus, quod promissum est, reddet sitque infamis : in causa verò criminali, confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur. *Auth. novo jure. C. de pœn. jud. qui male iudic.*

3. Si Iudex Ecclesiasticus, Ordinarius vel delegatus

gatus inferior Episcopo, ex *malitia* contra propriam conscientiam in gravamen alterius partis aliquid egit, non tantum condemnatur ad æstimationem litis parti, quam læserat, sed insuper ipso jure per annum suspenditur æb executione officii. *c. 1. h. t. in 6.* 4. Si *judex per imprudentiam & imperitiam* malè judicavit, ad litis æstimationem, si-ve ad damnum & interesse parti læsæ præstandum condemnatur, non quidem in solidum & absolute, sed in quantum illi visum fuerit, qui desuper pronuntiabit. *Princ. Inst. de oblig. quæ ex quasi delictis.* Si tamen *imprudencia* si-ve *imperitia* sit ex culpa latâ, *judex malè pronuntians* in solidum obligatur. Ratio, quia hæc culpa dolo æquiparatur.

Q. 9. *Quid nomine Rei judicata intelligatur, & quando in hanc transeat sententia?* Resp. ad 1. *Nomine rei judicata* intelligitur lis vel causa terminata per sententiam judicis, & partium approbationem tacitam aut expressam. *L. 3. C. quom. & quand. jud.* & hoc sensu differt res judicata à sententia, uti effectus à causa. Alii nonnihil aliter loquuntur, & dicunt rem judicatam esse ipsam sententiam homologatam, id est, res judicata est ipsa sententia, non tamen statim ac pronuntiata est, sed tum primum, quando nec defacto per appellationem est suspensa, nec per eandem, decendio elapso, suspendi potest; & hoc communiter significatur, dum dicimus: sententia transit in rem judicam.

Resp. ad 2. De jure communi sententia transit

Liber 11.

M

in

in rem judicatam post 10. dies, si intra illos non
 tra pars appellarit ad superiorem judicem, cum
 tamen possit, & sic utraque acquiescat. *can. de
 caus. 2. q. 6. c. 32. §. fin. de elect. c. 13. c. 15. h. t. Auth. hodie. C. de Appell.* Decen-
 dium à prolatione sententiæ est computandum
 si tamen lata sit Sententia in absentem, qui non
 egit per Procuratorem, decendum currere in-
 pit non à recitatione sententiæ, sed à die habitæ
 sententia notitiæ.

Q. 10. An in omnibus casibus sententia tra-
seat in rem judicatam? Resp. Neg. nam 1. non
 transit in rem judicatam sententia, quæ est ip-
 jure nulla, v. g. si à judice incompetente; si con-
 tra jus clarum; si ex falsis instrumentis & testibus
 corruptis sit lata. Ratio, quia quod nullum est
 nullum producit effectum, poteritque talis senten-
 tia revocari &c. 2. Sententia lata in causis,
 quibus observatio sententiæ nutriet peccatum,
 à Partium consensu inimpedibile; unde sequitur
 sententiam in causa matrimoniali, sive pro, sive
 contra matrimonii valorem lata sit; in causa be-
 neficiali, respectu præjudicii Ecclesiæ & favores
 beneficiati, non transire in rem judicatam. 3.
 Sententia excommunicationis, suspensionis, &
 interdicti; nam etsi hoc modo censuratus non
 possit post decendum appellare, petere tamen
 absolutionem, & per simplicem querelam de talis
 sententiæ injustitia queri potest. *c. 36. de off. jud.
 deleg. c. fin. de pæn. c. 48. de sent. excomm.* 4.
 Sententia lata ex probationibus privilegiatis &
 præ-

presumptivis v. g. ex testimoniis de credulitate
 quò etiam refertur Sententia lata ex consilio DD.
 iudicio peritorum in arte sua, ex juramento *supple-*
13. C. torio. §. Sententia in causis criminalibus, ut Reo
 non sit amplius locus defensionis. *L. 18. §. penult.*
de QQ. 6. Quælibet Sententia non transit in
 rem judicatam, dum causa, ex qua quis est con-
 demnatus, ad non causam transit. Casus habetur
in L. si fullo. 2. ff. de condict. sine caus.

Q. 11. *Quinam sint effectus sententia homolo-*
gata, sive rei judicata? *Resp. 1.* Saltem pro foro
 externo sunt seqq. 1. Inter litigantes facit jus, præ-
 sumptionem veritatis, & ut dicitur *L. 207. ff. de*
R. L. res judicata pro veritate accipitur; adeò ut li-
 cet nova instrumenta reperiantur, non possit re-
 tractari, *L. 4. C. de re jud.* intellige tamen regula-
 titer ob *L. 35. ff. de re jud.* quæ Lex extenditur ad
 plures alias causas. Sententia lata pro Actore quæ
 transit in rem judicatam, parit *actionem in factum,*
sive actionem judicati, ut præster reus id omne,
 quod præstare jubetur per sententiam. *L. 4. in pr.*
§. 2. 3. 5. L. 6. §. 2. & 3. & L. 15. pr. ff. h. t.
 Lata verò in favorem Rei Reo tribuit *exceptionem*
rei judicata contra Actorem, ejusque hæredem,
 aut alium ejus nomine agentem *L. 1. ff. de except.*
rei jud. 3. Sententia & res judicata iis tantum
 prodest aut obest, inter quos judicatum, non
 etiam regulariter aliis. *c. 25. §. fin. de probat. L. 1.*
§. 2. C. quib. res jud. rubr. & tot. tit. inter alios acta
et.

Q. 12. *Quisnam præterea sit effectus rei judica-*
ta?
 M 2

ta? *Resp.* Quòd sententia, quæ transivit in rem
judicatam, mandanda sit executioni. *L. 1. ff. de
execut. rei jud.* si enim condemnatus sponte ac
bito tempore non pareat, iudex aditur, ut rei iudic
catæ vigorem ad effectum perducatur. Lauterbach.
ff. de re judic. §. 32.

Q. 13. A quo facienda sit executio Sententia?
Resp. Regulariter ab ipso iudice, qui eam tulit.
L. 15. ff. de re jud. Non tantum si Ordinarius
sit, sed etiam delegatus supremi Principis executio
sententiam à se latam potest. *c. 7. 9. de off. jud. de
leg.* Imò & delegatus ab alio, quam à supremo
Principe, modò sibi executionem expressè non
reservaverit delegans. *c. 5. de off. jud. deleg. L. 1. ff.
de off. ejus, cui mand. Lex 15. cit.* quæ
let objici, facile explicatur. Casu quo appella
tum est à Sententia ad Iudicem Superiorem, tunc
iudex superior ad quem executionem habet, si des
tentiam iudicis à quo reformavit, v. g. quòd ma
judicatum, bene sit appellatum; & probabili
etiam tum, si eandem expressè & directe con
firmavit. *Auth. si quis C. de Episcop. Aud.* Ubi
verò iudicis prioris sententiam tantum con
firmavit tacitè & ipso facto, vel indirec
v. g. pronuntiando, fatalia esse præterlapsa, ad
iudicem à quo executio pertinebit. *L. ult. §. 4. C.
de tempor. appell.*

*Q. 14. Quando & quomodo facienda sit execu
tio sententia? Resp.* ad 1. In actionibus realis
statim facienda est executio, postquam sententia
transit in rem iudicatam. *§. 2. Inst. de off. jud.*
Re.

Ratio, quia rem alienam detinere semper est iniquum. In actionibus *personalibus* Civilibus de jure concessum est quadrimestre. *L. 2. & 3. C. de usur. rei jud.* Quod tamen in praxi amplius non servatur. In actionibus *criminalibus* mox fieri potest executio, licet decendum, cæteroquin ad appellationem concessum, necdum sit lapsum.

L. 18. C. de pæn.

Resp. ad 2. Primò: Sires extat, ad quam tradendam vel restituendam condemnatus est restituere jussus, neque tamen is paret, quæcunque demum actio fuerit intentata, manu militari ab eo auferatur, & victori traditur. *L. 68. ff. de R. V. §. 2. & 3. Inst. de off. jud.* Vel actor in possessionem mittitur. *L. 1. ff. ex quib. caus. in. poss. eatur.* Re non amplius extante, & condemnato desinente dolo possidere, contra ipsum juratur in litem; si verò non dolo possidere desiit, æstimationem, vel quanti res est, præstare tenetur. *L. 68. cit. & L. 71. ff. de R. V.* Quod si nec æstimationem reddere possit, v. g. ob defectum pecuniæ, executio fiet in reliqua ejus bona, procedendo semper cum minori damno restituere jussi; hinc

Resp. ad 2. secundo: Ante omnia capiendæ sunt res mobiles, eæque vel oppignorandæ, vel distrahendæ, aut si emptor non inveniatur, pro quantitate debiti creditori sunt adjudicandæ; his autem deficientibus deveniendum ad immobilia; & si nec hæc adsint, vel non sufficiant, ad nomina, jura, actiones. *L. 15. §. 2. & §. 8. ff. de re jud. L. 5. C. de execut. rei jud.* Sireus omnino nihil habeat in ære, illud

succedit, qui non habet in are, luat in cute. Prohibetur
tamen executio regulariter fieri in stipendia, arma
& equos militum. *L. 4. C. de execut. rei jud.* Item
boves aratorios, aratra &c. *L. 7. C. qua res pign.*
lig. poss. Engel cum aliis huc refert Libros studi-
orum *h. t. n. 28.* Pichler ait *h. n. 27.* etiam executio-
nem fieri non posse in vias publicas, si condema-
ta sit Communitas aliqua; nec in bona monasterii
si debitor sit Religiosus; nec in bona beneficii,
in fructus præbendæ, si debitor sit beneficiatus,
habeat alia bona; nec in bona dotalia, aut pa-
phernalia uxoris; imò in bona mariti si fiat ex-
cutio, opponere se uxor potest si hæc sint ipsi ob-
ligata pro dote numerata. &c. Notandum etiam
hic, procedi subinde ad incarcerationem, quous-
que condemnatus iudicato satisfecerit. Omnibus
tamen debitoribus tribuit beneficium effugien-
carcerem *cessio bonorum*, ut ex eorum pretio, quous-
nus fieri potest, singulis creditoribus satisfiat. *L. 1. C. qui bon. ced. poss.* Per hanc tamen bonorum
cessionem omnis obligatio debitoris non extinguitur. *L. 1. C. eod.* adeoque si postmodum alia bona
acquirat, ea sunt creditoribus addicenda.

*Q. 15. Quid agendum, si res vel persona, in qua
executio facienda non sint in territorio iudicis, qui
lit sententiam; aut si hic sit minus forte sufficiens
faciendam executionem? Resp. ad 1. Debet Iudex
us loci, in quo bona condemnati sita sunt, requiri
per literas requisitoriales, sive subsidiales aut mandata
compulsus, ut is latam sententiam mandet execu-
tioni. *L. 13. §. 3. C. de jud. L. 15. §. 1. ff. h. t.**

Resp.

Resp. ad 2. Casu quo Judex qui tulit sententiam, propter impotentiam eam non valet exqui, potest implorare auxilium, sive assistentiam alterius, prout solent facere iudices Ecclesiastici, implorantes brachium iudicis sæcularis. Imploratus iudex sæcularis tenetur imploranti Judici Ecclesiastico manum porrigere, nolens per censuras cogi potest. *L. 9. C. de Episc. Aud. c. 1. de off. jud. Ord.* Eodem modo potest & sæcularis Judex Ecclesiasticum invocare, ut hic per censuras urgeat condemnatum. Demum notabilis differentia est inter præstationem brachii sæcularis, & accomodationem familia; nam in accomodatione familiae, quæ consistit in licitoribus, aut militibus, Judex, qui eam sibi accomodari petit, sententiam exequitur; in præstatione autem brachii sæcularis, alter, qui imploratur, facit executionem. Engel *h. t. n. 32.* allegans Gail, *L. 1. obs. 113. n. 8.* ubi hic plura.

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recusationibus & Relationibus.

§. I.

de Appellationibus.

Q. 1. Quid sit appellatio & quomodo ab aliis remediis contra sententias gravatorias distinguatur?

Resp. 1. Appellatio definiri solet, quòd sit ab inferiori ad iudicem superiorem facta provocatio ratione gravaminis illati vel inferendi.

M 4

Resp.

Resp. 2. Supplicatio, prout hujus loci, est humilis petitio, quâ quis, cui ordinarium remedium Appellationis non competit, allegato gravamine rogat Principem, ut ex gratia & benignitate sententiam retractet, & adversus illam restituat supplicentem. Differt supplicatio, licet sit valde humilis, ab Appellatione in seqq. Appellatio regulariter suspendit executionem, non supplicatio, ut pote in gratia fundata: Appellatio est remedium ordinarium justitiæ, Supplicatio extraordinarium gratiæ: Appellatio fit ad alium Superiorem, Supplicatio ad eundem, qui tulit sententiam: Appellatio interponi debet intra decennium, supplicatio Principi facta usque ad biennium; Appellationibus conceditur, Supplicatio non nisi semel in eadem causa, & quidem tantum post sententiam definitivam. *L. 5. de prec. Imper. offer.*

Resp. 3. Revisio, valde vicina Supplicationi, imò in Imperio eidem substituta, est remedium extraordinarium, quo petitur, ut sententia, à qua appellare non licet, v. g. propter dignitatem judicantis, unâ cum actis revideatur, & si competitur iniqua, reformetur. Inductum est posterioribus Imperii Constitutionibus, ut constat ex *Ord. Cam. p. 3. tit. 51. & 52. Recess. Imper. de anno 1532. & 1539. §. 6. 1540. §. 100.* Non solum in Camera Imperiali, sed etiam in aliis Principum judiciis locum habet. Respicit tantum certa causarum, personarum & sententiarum genera. *Recess. Imper. Ratisbon. de anno 1654. §. 124. & seq.* Debet peti intra 4. menses à die pronuntiate sententiæ.

Sententiæ juxta *Recess. Imp. de anno 1654.* Licitum est unico tantum scripto exponere rationes & gravamina; nihilque novi in illo addendum, quod in actis prioribus non continebatur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. 1.* A petente revisionem deponi debet certa pecuniæ summa, quam recipit, si apud Revisores causam obtineat; amittit, si causam perdat. Revisio hodie effectum suspensivum non habet, ut contra Gail. Gilhausen vult, licet cautionem præstare teneatur de restituendo judicato pars, pro qua lata prior sententia. &c. Ex dictis non unam inter Appellationem & Revisionem differentiam licet colligere.

Resp. 4. Querela nullitatis est imploratio legitima super vitio substantiali, ex quo quis petit sententiam ipso jure nullam pronuntiari. *L. 1. C. de execut. rei jud.* Potest proponi vel coram judice superiore, vel coram eodem judice, modo Ordinarius sit aut delegatus supremi Principis. *L. 4. & 6. C. de Accus.* Alii delegati de querela non cognoscunt, sed adeundus est delegans. *c. 13. de off. deleg.* Potest etiam proponi vel principaliter, id est sine appellatione, vel incidenter cum appellatione; principaliter proponens querelam nullitatis & in probatione deficiens, recurrere ad remedium appellationis non potest; secus est, si eam tantum incidenter proponat; neque nullitas principaliter intentata suspendit executionem (nisi fuerit notoria. *L. ult. C. si ex fals. instrum.*) secus incidenter proposita. *Clem. 1. de sent. & re jud.* Demum nullitas sententiæ principaliter intentata

M §

oppo-

opponi potest usque ad annos 30. *L. 3. C. de pro script. 30. vel 40. annor.* quod tamen de Jure novo *Recess. Imp. de anno. 1654. §. 121.* in Camera Imperiali hodie correctum, ita ut intra decennium quemadmodum appellatio, debeat opponi, nullitas esset insanabilis.

Q. 2. Quotuplex sit appellatio? Resp. 1. Alia est *judicialis*, alia *extrajudicialis*. *Judicialis* fit à actibus judicialibus, v. g. à sententiâ vel definitivâ vel interlocutoriâ, à jussu judicis, terminum fore nimis brevem ad comparendum assignantis, à gravamine à judice illato. *Extrajudicialis* fit à actibus vel decretis extrajudicialibus, quibus aliquis gravatur, v. g. dum judex defert tutelam, aliudve munus publicum; vel dum quis se opponit præsentationi, electioni, collationi beneficii; vel dum quis sibi timet ab incarceratione, aut excommunicatione, & propterea ad judicem superiorem confugit. *c. 8 h. t. in 6. c. 19. & 29. de elect.* Potest autem provocatio contra gravamen in electione duplici modo opponi vel per viam *appellationis*, vel per viam legitimæ *accusationis*; interque duas istas provocaciones magna est differentia: uti & multum differt appellatio judicialis ab extrajudiciali, præsertim verò quòd extrajudicialis appellatio propriè dicta appellatio non fit, nec suspendat regulariter & de jure executionem. *Engel h. t. n. 10. ex c. 45. h. t. c. 10. & 16. de elect.*

Resp. 2. Judicialis appellatio dividitur in eas, quæ

quæ fit ab *interlocutoria*, & eam, quæ fit à *definitiva*; quarum differentias assignat Engel *h. n. 11. 12. 13.* Ubi & illud notandum, jure Civili non aliter ab *interlocutoria* concedi appellationem quam si hæc vim habeat *definitivæ*, vel contineat gravamen irreparabile. *L. 39. ff. de minor. L. 2. ff. de appell. recip.* Jure vero Canonico appellare licere ab omni *interlocutoria*, imò & ab omni alio gravamine, etiam *extrajudiciali* illato, vel inferendo, uti habetur *c. 5. c. 51. & c. 59. h. t. Vall. h. §. 4. n. 3.* Trid. quidem ad normam *Juris Civilis* reduxit in *capitulis cit. Statuta sess. 13. c. 1. & sess. 24. c. 20. de reform.* Sed in praxi Trid. non servatur, procediturque juxta *Jus Canonicum* vetus.

Resp. 3. Utraque appellatio *judicialis* scil. & *extrajudicialis* dividitur in *justam & rationabilem*, si ex *justa & rationabili causâ*; & in *frustratoriam*, si tantum morandæ solutionis & *judicii* protrahendi causâ; & in *frivolam*, si ex *levi causa* & pro re minima interjiciatur.

Q. 3. Quinam possint appellare? *Resp. 1.* Generalis regula est, posse quemlibet appellare, qui gravamen aliquod sive extra, sive intra *judicium* patitur, aut se passurum timet. *can. 10. caus. 2. q. 6. L. 20. & 30. C. h. t.* Neque tantum appellare permissum est illi, qui *condemnatus* est, sed etiam aliis, quorum nomine suo interest. *c. 17 de sent. & re jud. L. 4. §. 2. L. 5. princ. ff. h. t.* imò etiam, quorum nomine alieno interest; sic appellare potest *Procurator pro Domino*, id raturum

tum habente. *c. 14. de Procur.* Tutor pro pupillo. *L. 27. ff. L. 19. C. h. t.* Dominus pro subdito. *L. 15. ff. eod.* Judex ipse, qui tulit sententiam, casu quo condemnato succederet, modicam pars, contra quam sententiam pronuntiavit, intentionem suam & exceptionem non satis probaverit. *VViestn. h. t. n. 16.* Quod si sententia in plures sit lata, unus rectè appellat, & in secundâ instantiâ victor evadens, prodest quoque suis sociis. *c. 72. h. t. L. 10. §. fin. ff. eod.* Aliter tamen dicendum, si unus contra sententiam juvetur pro re speciali, v. g. favore ætatis per restitutionem in integrum. Denique in *causa criminali* latius extenditur remedium appellationis, quia pro eo, qui ad supplicium ducitur, quilibet, sive ejus intersit, sive non intersit, admittitur ad appellandum, etiam resistente condemnato. *L. 6. ff. L. 25. C. h. t.*

Resp. 2. Appellare non est permiffum illis, in genere loquendo, qui nullum gravamen patiuntur, vel qui non justè metuunt, ne inferatur. *L. 1. ff. de appell. recip.* Et hinc ab appellatione rejicitur. 1. Qui culpâ suâ & voluntariè per sententiam gravatus est, v. g. condemnatus ob contumaciam. *L. 1. C. quor. appell. non recip.* 2. Reus notorius, confessus scilicet, vel per evidentiam rei, quæ nullâ tergiversatione celari possit, convictus. *c. 13. & 14. h. t.* 3. Qui in eadem causâ detulit legitimæ appellationi sui adversarii. *c. 23. & 24. h. t.* 4. Qui in eadem causâ tres conformes sententias contra se tulit, *c. 65. h. t. L. 10. C. h. t.*

C. ne

C. ne liceat in unâ eâdemque caus. In Camera tamen Imperiali dicunt recipi ulteriorem appellacionem, ne inferiores Principes plures faciant instantias in præjudicium Imperii. 4. Qui professus est cum juramento ante sententiam, se non provocaturum à iudice. *c. 21. h. t. L. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic.* adeoque dum dicitur. *c. 20. h. t. jurantem,* se non provocaturum à iudice, posse tamen appellare, intelligi debet, si sententia sit *injusta & præsertim si notoriè injusta* sit, non verò si sit *juri conformis.*

Q. 4. A quo iudice possit quis vel non possit appellare? Resp. Appellare quis potest regulariter ab omni iudice, sive sit delegatus, sive Ordinarius, etiam si iudex sit communi partium consensu impetratus. *c. 14. de sent. & re jud. L. 21. ff. h. t.* Etiam ab *arbitro juris*, sive ex istius præscripto ab ipsis litigantibus electo. *c. 11. de off. deleg. in 6.* non tamen à Compromissario. *L. 1. C. de recept. arb.*

Resp. 2. A Papa ad neminem datur appellatio, nequidem ad futurum Concilium. Ratio, quia Concilium Generale non est supra Pontificem, cum PP. in tali Concilio congregati sint & maneant oves, quas indistinctè Christus Petro subjecit Joan 21. Idem habetur in Conc. Nicæan. *can 39. inter 80. art. Tom. 1. Conc. post Acta Conc. Nicæni. Conc. Constant. Sess. 8. art. 37. Sess. 45. in Bulla Martin. V. Lugdun relat. in 6. 3. de elect. in 6.* cum ergo appellatio ab inferiori iudice ad superiorem fieri debeat, superiori

tas autem Concilio generali non competat in Pontificem, sequitur ab hoc ad illud appellari non potest. Accedit, quod appellantes incurrant excommunicationem latam à Pio II. Constit. *execrabilis edita* calend. Febr. 1459. confirmatam à Julio Constit. *suscepti*, edit. cal. Julii 1509. reservatam Sedi Apostolicæ in *Bulla Cænæ Casu secundo*. Porro in Rep. Ecclesiastica appellare non licet à Concilio generali legitime congregato, & Capiti suo unito, non à sententiâ totius Congregationis Cardinalium; non ab ultimâ sententiâ Rotæ Romanæ.

Resp. 3. Ab Imperatore, vel alio Principe, aut Magistratu superiore non recognoscens in Rep. sæculari appellare non licet. *can. 16. c. 17. caus. 9. q. 3. l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non licet.* nisi quandoque ab ipsis melior informatio, supplicatio, revisio admittatur. Deinde nec à supremis tribunalibus Imperatoris, aut Regum Parliamentis. Item ex privilegio non licet in Imperio Romano appellare à sententiis Principum Electorum, & quorundam aliorum, quamvis hoc privilegium respectu omnium æquale non sit.

Resp. 4. Non etiam licet appellare in causis à Papa, vel alio Principe aut Magistratu supremo delegatis cum clausula, *appellatione remota*; per quam clausulam non tantum appellatio frivola prohibetur, quæ absque eo rejicitur *c. 5. h. t. in 6.* sed etiam *justa & rationabilis*; si ea non sit specialiter à jure expressa & permissa. 6.

§ 3. h. t. Prohibetur tamen solum quoad effectum suspensivum; & insuper alia remedia condemnato salva manent, v. g. querela nullitatis, supplicatio, revisio &c. ne videatur plus justo auferri jus defensionis, aliàs jure naturali conservatum; quia appellatio tum solum juris naturalis est, quando nullum præterea remedium suppedit.

Q. 5. Ad quem appellari possit? Resp. 1. A Judice qui sententiam tulit, ad ejus superiorem habentem tribunal distinctum, & quidem ad proximè superiorem. c. 66. h. t. ne jurisdictiones confundantur. Appellatio tamen ad mediatum facta probabiliter non est irrita, sed valet, parte adversà nihil contrà opponente. arg. c. cit. Ratio, quia appellare gradatim non pertinet ad substantiam appellationis.

Resp. 2. Plures sunt casus, in quibus ad superiorem judicem mediatum, proximo omisso, appellari potest; & 1. quidem de jure Civ. licet pupillis, aliisque miserabilibus personis immediate ad supremum Principem appellare. L. un. C. quand. Imperat. inter pupill. 2. Si intermedius judex palam deneget justitiam. Pirh. h. n. 90. 3. Si aperte sit inhabilis ratione suspitionis, excommunicationis, vel alterius defectus. Pirh. cit. 1. 4. Si absens sit intermedius. 5. Si consuetudo legitime præscripta id permittat. De Jure Canonico à quocunque judice ad Papam in causis Ecclesiasticis, vel etiam in sæcularibus quoad eos, qui temporali ejus jurisdictioni sub-

sunt

sunt, immediate licet appellare. *c. 7. h. t.* Q. 3. Nor
S. Pontifex est Ordinarius inferiorum judiciorum
 & cum his concurrentem habet jurisdictionem
 Excipitur casus, quo à subdelegato delegati Pontificii
 qui non in totum subdelegavit, non ad Pontificium
 cem, sed ad delegantem debet appellari. *c. 27.*
porro. de off. deleg. & c. 7. eod. in 6. Deinde potest
 immediatè appellari ad Legatum Pontificium in
 Provinciâ suâ existentem; quia gerit vices Pontificii
c. 1. de off. Leg. Casus alios recenset Schmalz
h. t. n. 52.

*Q. 6. Contra quam sententiam & quos appellari
 possit aut non possit appellari? Resp. 1.* In omni
 ni causa principali, sive ab omni sententia definitiva
va & valida appellare regulariter licet. c. 5. & c. 11.
h. t. c. 1. eod. in 6. L. 6. & 20. C. eod. Ratio, quia
 appellatio est quædam defensio, & ideo non est
 cile deneganda. Quomodo à sententiâ interlocutoria
 toriâ liceat appellare, dictum est supra, & vide
 possunt. *c. 5. 51. & 59. h. t. Trid. Sess. 13. c. 1. & 2.*
Sess. 24. c. 20. de Reform.

Resp. 2. Casus à regula, quòd ab omni sententia
 definitiva valeat appellari, excepti sunt sequenti
 seqq. 1. Non admittitur appellatio ex inveterata
 consuetudine in Imperio, quæ approbata est per
 Ordin. Camer. p. 2. tit 28. §. Item nachdem
 Recess. Imp. de Anno 1530. §. Item als auch
 95. à causa criminali capitali. 2 Non in causis
 civilibus valde modicis, per Recess. Imper. de Anno
 1654. §. 4. contra *c. 11. h. t. & L. 20. C. eod.*

3. Non

Non in causis notoriis, ubi nulla probabilis de-
 fensio apparet. *c. 13. 41. 61. h. t.* nec in causis,
 quæ non patiuntur dilationem, saltem quoad ef-
 fectum suspensivum, ut sunt causæ alimentorum
 tutorum, stipendiorum, salariorum. *L. ult. ff. de
 appell. recip.* nec in causâ possessionis *momentanea*
per L. un. C. si de moment. poss. nec in causâ per ju-
 ramentum *voluntarium* decisa. *L. 12. C. de R. C.*
 Ratio, quia habet speciem transactionis. Nec in
 causâ appellationis desertæ. *c. 4. & 5. h. t.*

Resp. 3. Ulteriùs non admittitur appellatio,
 nequidem extrajudicialis, *In causa correctionis*, dum
 Prælati Ecclesiastici, vel Regularis procedit ut
 pater paternè, & non excedit limites à Ss. Canon.
 & Constitutionibus Ordinis præscriptos. *c. 13. &
 21. h. t. c. 12. & 13. de off. Ord.* 2. *In causa censu-*
rum, Excommunicationis, suspensionis, & interdicti
 appellatio eadem negatur quoad effectum suspen-
 sivum, si censura jam est lata contra appellantem.
c. 37. h. t. c. 20. in fin. de sent. excomm. in 6. 3. In
 causâ electionis ad impediendam executionem il-
 lius, vel confirmationis istam secutæ, nam nisi ap-
 pellans alleget causam valde rationabilem, appel-
 latio non admittitur. *c. 46. h. t. & c.*

Q. 7. Coram quo iudice interponenda sit appella-
tio? *Resp.* Regulariter interponi debet coram
 illo iudice, à quo appellatur, aliàs non valitura.
c. 59. & c. ult. h. t. c. 9. eod. in 6. L. 1. §. 10. ff.
quand. appell. Quod si gravatus copiam iudicis
 habere non possit, vel periculum capturæ immi-
 neat, adeundus est *Judex ad quem*, atque ibi in-

Liber II. N ter-

terponenda appellatio. *L. 19. C. h. t. L. 1. §. 1. 1. Cle.*

Q. 8. Quomodo interponenda appellatio? Resp. prorog.

Appellatio à Sententiâ definitivâ, vel interlocutoria vim definitivâ habente, si in continenti, id est

judice adhuc sedente pro tribunali, vel necesse est ad

ad actus extraneos divertente, opponatur, & potest

potest vivâ voce & stante pede, ut loquuntur non co-

possuntque esse vel verba expressa, v. g. Appellatio jam

Provoco: vel aequipollentia, v. g. committo vel Resp.

judicio me Judicio Caesaris, Papa, Nuntii, vel alterius

superioris. *c. 34. h. t. 2. Si fiat ex intervallo appellationis,*

latio, debet fieri in scriptis porrecto Libello appellatorio.

L. 5. §. fin. ff. h. t. excipiuntur causa appellationis

vioris momenti, in quibus etiam ex intervallo in voce

voce potest appellari. *Vall. h. t. §. 9. n. 1. 3. Illius appellationis*

Libello appellatorio exprimi debet nomen appellantis,

appellati, & nomen utriusque judicis, & ad quem.

can. 31. §. ego. caus. 2. q. 6. L. 2. §. fin. ff. h. t. nulla tamen fit in §. fin. mentio judicis à quo.

4. In appellatione à sententia definitivâ allegare in specie causam appellandi necesse est, sed

est, sed sufficit, si in genere dicat appellans, gravatum se esse.

Pich. h. t. n. 29. Pirh. n. 123.

Resp. 2. Appellatio à Sententia interlocutoria simplici,

si quando conceditur, debet 1. fieri in scriptis. *c. 1. princ. h. t. in 6. 2. Debet exprimi causa appellationis.*

c. cit. & c. 59. h. t. quæ causa debet esse legitima, & in specie allegari.

3. Neque justificari appellatio ab interlocutoria ex novis de novo probandis,

sed solummodo ex causis, quæ in ipsa appellatione nominatim expressæ sunt. *c. 6. h. t.*

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

h. t.

§. 10. Clem. 5. eod. Ratio, ne sæpè malitosè ad litis
 prorogationem appellationes interponantur. Ex-
 ceptiones videre est apud Schmalzgr. h. t. n. 64.

Q. 9. Quid sint fatalia appellationis, & quotupli-
 Resp. ad 1. Fatalia appellationis nihil aliud
 sunt, quam tempora, quibus elapsis appellatio vel
 non conceditur, vel jam concessa & interposita,
 Appellatio jam introducta extinguitur.

Resp. 2. Tempora appellationis sunt quadru-
 plicia. 1. Interponenda appellationis. 2. Petendi
 appellationis. 3. Appellationis introducenda, sive
 appellationis ad apostolos. 4. Appellationis ad
 apostolos judici ad quem præsentandi. 5. Ap-
 pellationis prosequenda & finienda.

Q. 10. Quid de singulis temporibus sive fata-
 lius appellationis dicendum? Resp. 1. De tempo-
 re appellationis interponenda. 1. Fatale sive tem-
 pus appellationis interponenda est hodie decendi-
 um, id est, pars vel voce, vel scripto vel facto de-
 clarare debet intra decem dies, se provocare ad ju-
 dicem superiorem, & ita dicitur interponere ap-
 pellationem. c. 15. de sent. & re jud. c. 8. h. t. in 6.
 hodie C. h. t. Dies proinde ultimus fatalis
 est, ut eo lapso volens appellare non audiatur;
 sed tamen juris remediis se defendere non prohi-
 betur. c. 8. h. t. in 6. 2. Computatur hoc tempus
 decendii à momento prolatae sententiæ, si ad-
 versus præsentem est pronuntiatum; vel si con-
 damnatus ignoravit sententiam latam, à die
 sententiæ, & completur in ultimo momento diei
 decimæ. c. 15. & 8. cit. 3. Decendium hoc ab ini-
 quitate est utile, & ignorantibus, utpote legitimè impedi-

to, non currit, nisi sit verè contumax. *c. 29. §. adversus absentem. caus. 2. q. 6.* In progressu fitur *continuum*, adeò ut etiam feriis solentur currat. *L. 1. C. de feriis. 4.* Si gravamen, à appellatur, sit continuum, & habeat causam permanentem, ut cum quis in carcere detinetur, per, quamdiu durat, conceditur appellatio. *h. §. 7. n. 3.*

Resp. 2. De Apostolis petendis 1. Apostoli hic literæ dimissoriae, quas iudex à quo mittit ad superiorem, ad quem appellatum in fidem appellationis interposita. Alii *Dimissorii*, quibus iudex à quo testificatur appellatione coram se legitime interposita dimissa. Alii *Reverentiales*, quibus significatur quòd appellatio non ex justitia, sed ob reverentiam iudicis ad quem admittatur. Alii *Resutatorii*, quibus iudex à quo exprimit causam non adversa à se appellationis *Vall. h. §. 10. n. 1. C. 2.* Tempus petendi hodie Apostolos de iure communi sunt 30. dies, à die latae & cognitae sententiae, & juxta *Clem 2. h. t.* appellans eos deberet petere instanter, instantius, instantissimè. 3. Tempora petendorum Apostolorum non ad sunt in usu, sed condemnatus appellationem dici à quo per libellum proponit, & iudex curat per Notarium desuper scribi, quod vel admittatur appellatio, vel non admittatur; si admittitur, petuntur acta cum Apostolis ad superiorem iudicem transmittenda; si non admittitur, & tamen pars se sentit gravatam, potest sum-

simpliciter adire superiorem, eidemque proponere
appellationem admissam non esse; qui dein per
informationem, quare iudex appellationem
non admiserit, simulque inhibet, ne sententiam
execuetur. Engel h. n. 46.

Resp. 3. de tempore *introducenda* appellationis,
sive presentandi Apostolos coram iudice ad
quem 1. Tempus hoc, de Jure saltem Canonico,
determinatum non est, sed videtur iudicis arbitrio
suis determinario relinqui. c. 4. h. t. 2. Si Iudex
quo id non determinaverit, observandum juxta
alios est jus Civile; quod de Jure Rom. varium
erat. L. 2. & fin. C. de temp. Appell. modo in Came-
ra Imperiali est 6. mensium. Ord. Cam. p. 2. tit. 3.
4. & 5. 3. Tempus presentandi Judici Apo-
stolos incipit currere à die interpositæ appellatio-
nis. Gail. L. 1. Obs. 140. n. 2. & 3.

Resp. 4 de tempore *prosequenda & finienda* ap-
pellationis 1. Hoc tempus, statuente sic utroque
jure, est annus, ex causa tamen necessariâ & evi-
dente biennium. c. 5. h. t. c. 8. eod. L. fin. §. 4. C. de
tempor. appell. 2. Incipit currere à die interpositæ
appellationis. Clem. 3. h. t. & observatur etiam in
foro Civili, licet Nov. 32. c. 6. quid aliud statuatur.
3. Intra id temporis si appellans, justo impedi-
mento cessante, appellationem suam non fuerit prose-
cutus, deserta censetur c. cit. Ita tamen, ut de ap-
pellatione *introducâ*, sed non continuatâ pronun-
tiet iudex ad quem. Vide Engel h. n. 49. 4. Tem-
pus annale & biennale in tribunalibus majoribus,
secularibus æquè ac Ecclesiasticis ob multitudi-

nem causarum parum attenditur, modò obli-
ventur, quæ ad *interponendam & introducendam*
appellationem sunt statuta.

Q. 11. *Quinam sint effectus appellationis.*

Resp. 1. Appellatio à sententia *definitiva* vel
interlocutoria vim definitivæ habente, si rite
fit, duplicem habet effectum, *suspensivum & de-*
olutivum: Vis effectus *suspensivi* consistit in eo, quod
per eam suspendatur jurisdictio iudicis à quo
sententia ipsius in rem iudicatam non transeat,
que executioni mandari, neque aliquid possit
tra fieri vel attentari. *c. 39. & L. un. ff. nihil in*

appell. pend. Quod si verò Iudex à quo aliquid
eo tempore innovasset, tunc *per viam*, sive *re-*
dictum attentatorum revocari, & omnia in prin-
cipio statum debent restitui. Exceptiones
seqq. Potest Iudex à quo *sine vitio attentari*
cere ea omnia, quæ facilitant causam appella-
tionis, uti est præfigere terminum appellanti in-
ducendæ appellationis: retinere debitorem, si
etiam ex novis causis de fuga: rem litigiosam
fructus existente periculo destructionis &c.
questrare. Deinde exequi sententiam potest,
obstante appellatione; si appellatio sit evidens
frivola: in notoriis; in casibus, quibus de iure
vel ob clausulam, *appellatione remotâ*, appellatio
non licet: in excommunicatione vel aliis censuris
appellatio non impedit valorem & effectum illius.
c. 37. c. 53. §. 2. h. t. c. 20. de sent. Excom.
Vis effectus *devolutivi* consistit in eo, quod tota cau-
sa principalis cum suis accessoriis & incidentibus
de-

devolvatur ad superiorem, adeo ut non tantum
 pronuntiare, sed & novam sententiam, causâ exi-
 gente, concipere possit. König *h. t. n. 51.* Si ta-
 men diversa fuerint capita sententiæ, & non ab
 omnibus sit appellatum, ea tantum devolvuntur,
 quibus appellatum est. *L. 29. ff. de minor.* Plura
 de apud Schmalzgr. *h. à n. 108.*

Resp. 2. Appellatio ab interlocutoria simplici
 & devolutivum habeat effectum & suspen-
 sivum; hunc tamen scil. *suspensivum* aliter non
 producit, quàm si gravaminis causa in specie pro-
 ducatur. *c. 7. h. t. in 6.* nec sententia interea revocetur
 à iudice à quo *c. 60. h. t.* In praxi rigor ille
 adeo strictè non observatur. Circa effectum
 devolutivum notandum, quòd, si constet, bene
 appellatum esse, non tantum articulus incidens,
 sed ipsa quandoque causa principalis ad superio-
 rem devolvatur, ne gravatus ad gravantem remit-
 tatur. *c. 19. h. t. in fin.* Si verò malè sit appella-
 tum, tunc principalis causa non devolvitur, nisi
 iudex inferior appellationi deferendo iurisdictionem
 à se abdicet. *c. 5. h. t. in 6.* Engel *h. n. 13. &*
14.

§. 2.

De Recusationibus & Relationibus.

Q. 1. Quid sit Recusatio & quomodo differat ab Appellatione? *Resp.* ad 1. Recusatio, ut est
 huius loci, est iudicis tanquam suspecti ex justa
 causa declinatio. Pirh *h. n. 265.*

Resp. ad 2. Licet in nonnullis conveniat cum

N 4

Ap-

Appellatione, præsertim, quòd recedatur ab a
 dientia iudicis, ejusque jurisdictio suspendat
 differt tamen in pluribus, v. g. quòd non app
 letur à iudice, nisi gravet, recusari tamen poss
 qui aëtu non gravat: quòd Appellatio necessa
 fiat ad superiorem, non Recusatio: quòd non p
 fit appellari à iudice, cui commissa est causa
 clausula, *appellatione remota*, recusari tamen p
 fit &c.

Q. 2. *Quinam non possint, aut possint recusari?*

Resp. 1. Non Papa aut Princeps supremus recusari
 potest. Ratio, quia de iis, quòd faciant injustitiam
 nequit præsumi. 2. Non Cardinales ob emin
 tiam dignitatis, fidem, & justitiam. 3. Non Con
 cilium Generale legitimum. *Franc. in c. 36. h. t.*
 4. Non Prælati Religiosi quoad correctionem sub
 ditorum, dum ea sit *juxta Regularia Instituta*,
c. 61. h. t.

Resp. 2. Recusari potest de Jure Can. tam Judo
 Ordinarius, quàm delegatus, licet sit delegatus
 Papæ *c. 5. de off. deleg. in 6. c. 61. h. t.* 2. De Jure
 Civili certò potest recusari delegatus. *L. 16. §. 1. de
 C. de jud. Communius negant de Ordinario. Vlt
 Pichl. h. t. n. 35.* 3. Vicarius Episcopi, non reco
 lato aut suspecto Episcopo recusari potest, & hæc
 recusatio facienda est coram Episcopo. *Sanchez
 Imò & suspecto iudice Ordinario ex aliqua causa
 potest ex eadem recusari ejus Vicarius, Maraz
 p. 6. tit. de appell. n. 28.*

Q. 3. *Quando & quomodo proponi debeat Recusatio?* Resp. ad 1. Debet Recusatio proponi ante
 litis

illis contestationem, imò ante omnes alias excep-
tiones dilatorias, ne aliàs censeatur quis in judi-
cem consentire; nisi causa suspicionis ex post vel
supervenerit, vel saltem tum modò innotuerit.

Schmalzgr. b. t. n. 133.

Resp. ad 2. Proponi debet in scriptis, oblato
scil. judici, qui recusat, libello recusatorio. L. 16.

C. de jud. 2. Debet justa causa recusationis, &
quidem in specie allegari. c. 41. h. t. c. 61. eod.

3. De causæ in recusatione expressæ veritate non
cognoscit judex recusatus, sed cognitio ad arbi-
tros ad id electos serè & regulariter pertinet. c. 61.
cit.

Q. 4. Quanam sint justa causa recusandi judi-
cem? Resp.

Generaliter loquendo, causa justa re-
cusandi est suspicio, ex variis causis oriri solita; sic
recusatur Judex, si aliunde inimicus sit recusanti:
si specialem habeat affectionem erga alteram par-
tem: si specialem habeat affectum erga causam in
judicio propositam; quia in ea egit Advocatum
&c. Non tamen est justa causa recusandi judi-
cem, quòd, quia semel in alià causâ gravavit, fue-
rit appellatum à recusante. rubr. & L. un. ff.
apud eum à quo appellatur, aliam causam agere
compellend.

Q. 5. Quis sit effectus Recusationis? Resp. Su-
spendere jurisdictionem judicis recusati, post-
quam semel fuerit proposita & pendens desuper
cognitio, adeo ut non tantum à judice ta-
liter recutato debeant revocari, sed probabilius
sint ipso jure irrita, saltem si causa objectæ suspi-
cionis

cionis fuerit manifesta, vel quæ acta sunt post electionem arbitratorum. *c. 41. & 61. h. t.*

Q. 6. Quid sit Relatio? Resp. Variè sumitur.
 1. Pro ea, quæ ex necessitate delegationis faciendâ, dum Princeps vel Superior causam alicui delegat cum potestate procedendi usque ad sententiam exclusivè, & ut completo processu eam transmittat ad Principem desuper pronuntiaturum. Hæc Processus transmissio dicitur Relatio; de qua *inc. 45. h. t. c. 5. de off. Legat. c. 18. de sent. & re jud.*
 2. Pro ea, quæ ex natura causæ faciendâ, dum causam quampiam Judex inferior cognoscere non potest; de qua in *c. 3. de baptism. c. 59. h. t.*
 3. Pro transmissione processus ad impartiales Juris Consultos, vel Collegium Juridicum aut Universitatem; circa quam transmissionem quæ observanda, vide *Leur. h. t. Q. 1165. n. 3.* citant. *Lauterbach in ff. h. t. n. 25.*
 4. Prout est hujus loci, definitur & est Judicis inferioris in causa *de jure dubitanti* ad superiorem seu Principem missa consultatio, ut ex hujus rescripto intelligat, quid sibi in judicando sequendum. *L. 1. C. de relation. L. 1. §. 1. L. 22 & 26. ff. h. t.* Hæc Relatio ob nimiam litium protractionem hodie est de Jure Civili recentiori abrogata per Auth. *Novo Jure C. de relat.* & permittitur recursus ad Facultates Juridicas ad petendum ab iis in jure dubio consilium. De Jure quidem Can. est approbata expressè Relatio *c. 68. h. t.* rarissimus tamen ejus est usus.

Q. 7. Quomodo conveniat & differat ab Appellatione? Resp. 1. Convenit tripliciter; Nam 1. Ap-
 pel-

pellatio fit ad superiorem, etiam ad eundem dirigitur Relatio. 2. Pendente appellatione nihil est innovandum; neque aliquid pendente, vel etiam promissa tantum Relatione innovari debet. *L. 13. C. de Appell. L. 1. C. de Relat.* 3. Cognitio causæ per Appellationem ad Superiorem devolvitur, etiam per Relationem. *L. 22. ff. de Appell.*

Resp. 2. Differt ab Appellatione, quia Relatio ante sententiam, non à partibus, sed à iudice interponitur, eaque à Superiore admittenda non tamem ipse superior, sed ad ejus remissionem inferior sententiam profert. *L. 1. C. de Relat.* In causis criminalibus prius fertur sententia, ut tum demum Princeps judicet, utrum eam sequi oporteat. *L. 6. §. ff. de interd. & releg.* Ex dictis, quinam effectus sit Relationis, pronum est colligere.

Q. 8. Quomodo Relatio causa ad Principem fieri debeat, ut legitima sit censenda? Resp. 1. Debet omnibus facti circumstantiis & utriusque partis allegationibus perspicue expositis perfectam totius causæ instructionem continere, si de totâ causâ sit dubium, vel illius articuli, de quo est dubium. *L. 1. C. de Relat.* 2. Si de causa dubium sit, acta simul sunt ad Principem mittenda. *L. fin. C. eod.* si de uno tantum articulo, solus ille excerpendus, & ad Principem est mittendus. 3. Utraque pars debet consentire in Relationem, & utriusque, antequam transmittatur, copia edi. *c. 68. h. t.* insuper dicta copia in forma authentica, nimirum Notarij vel aliorum duorum honestorum manu

manu scripta aut subscripta, vel authentico sigillo munita, tradi debet Wiestn. Pirh. & alii.

TITULUS XXIX,

De Clericis peregrinantibus.

Q. 1. *Qua sit ratio praesentis Tituli, & quomodo hic titulus à Tit. 22. Libri 1. Decretal. de Clericis peregrinis distinguatur? Resp.* ad 1. Ideo Titulus praesens praecedenti de Appellatione subjungitur, quia peregrinatio Romana post latam aliquam sententiam assumpta habet vim appellationis. *c. un. h. t.* estque ingressus hujus itineris realis appellatio, in ipso facto consistens.

Resp. 2. In *Titulo 22. Lib. 1. Decretal.* agitur de Clericis peregrinis in ordine ad receptionem & executionem Sacrorum Ordinum, quomodo scilicet Clerici extranei, ignoti, vagi vel ordinari possint, vel admitti ad ministrandum in Ordinibus iam susceptis. Hic autem tractatur de Clericis in ordine ad lites, quatenus nimirum contra peregrinantes, id est, ad Limina Apostolorum, sive ad Sedem Apostolicam proficiscentes, possit aut non possit lis moveri.

Q. 2. *Quis sit peregrinationis Romana effectus? Resp.* Iste est praecipuus, quod si quis (sive Clericus, sive Laicus in causa spirituali, ob generalitatem rationis in *cap. un. h. tit.* allegatam) post litem sibi motam iter Romanum per se aut per alium attulerit, istiusmodi iter vim habeat appellationis, & suspendat jurisdictionem caeterorum judicum, ita ut

nihil contra talem peregrinantem possit innovari.

in. c. un. h. t.

Q. 3. Quid requiratur, ut arripiens iter ad Pa-
nam dictum effectum sortiatur? Resp. seqq. 1. In-
tra 10. dies à lata sententiâ vel illato gravamine
debet iter arripere. Wiestn. n. 4. h. 2. Debet il-
lud intimare judici & parti. Ratio, quia hi sunt
in possessione juris sui, priusquam constet, iter
susceptum. 3. Debet iter hoc arripi ante citatio-
nem; quia aliâs à taliter prævento forum non
possit declinari, juxta. c. 30. de appel. & c. 19. de
proc. comp. 4. Debet, si fortè adversarius ejus con-
tra ipsum Literas Apostolicas impetraverit, nec-
dum illarum habere notitiam. Ratio, quia hoc
casu iter prædictum malitiosè arreptum præsumi-
tur. c. 15. de Appell.

Q. 4. In quibus rebus proficiscenti ad Pontificem
privilegium competat, quod contra se nihil sit atten-
dandum? Resp. Licet c. un. h. t. videatur agere
de iis solùm, in quibus iter Rom. arripiens ex-
trajudicialiter gravari, quæque illi hoc modo au-
ferri possent, intelligenda nihilominus etiam est
ejus dispositio de iis, quæ contra eundem per
processum & sententiam judicis auferuntur. arg.
c. cit. ob verba: cum rebus suis sub Apostolica pro-
tectione debeant esse securi. 2. Possunt contra tur-
batores bonorum taliter peregrinantium citra
mandatum, modo de rato caveant, agere pa-
rentes, propinqui, amici, imò & servi. L. 1.
C. si per vim vel alio modo. 3. Qui Romipetas vel
peregrinantes ad Limina Apostolorum, vel ibi
mo-

morantes, aut inde regredientes capiunt, spoliari, mutilant, interficiunt, sive dein accesserint Romanam devotionis, sive litis, sive negotii gerendæ &c. gratiâ, excommunicationem incurrunt referatam S. Pontifici in *Bulla Cœna Cas. 9. & 10.*

TITULUS XXX.

De Confirmatione Utili & inutili.

Q. 1. *Quid sit confirmatio & quotuplex?* *Resp.* 1. Agendum quidem foret hic specialiter de confirmatione sententiarum, à quibus appellatur, quasque sæpius contingit confirmari; plerumque tamen AA. de confirmatione generaliter sumpta tractare solent, prout complectitur confirmationes sententiarum æquæ, ac statutorum, privilegiorum, contractuum &c. Et hæc definitur, quod sit *juris jam prius habiti seu quæsiti* (addunt aliqui *quomodocunque*) *corroboratio facta per legitimum superiorem.* 2. Confirmatio quandoque necessaria est ad jus jam inchoatum, nondum tamen perfectum complendum, uti contingit in confirmatione ad Prælaturam; quandoque fit confirmatio, non tanquam per se necessaria ad substantiam vel valorem actûs aut juris, sed majus tantum ei robur addit.

Resp. ad 2. Alia est confirmatio *Utilis*, per quam intelligitur valida; alia *inutilis*, sive invalida, qualis est, quæ vel sub-vel obreptitiè est obtenta. *Utilis* sive valida iterum est duplex; una *in forma*

com-

communis & ordinaria, vel confirmatio *simplex* dicta, dum Superior habens potestatem confirmandi vel nullâ, vel non perfectâ prævia cognitione confirmat actum, in eo statu, in quò fuerat priùs. Altera in *forma speciali*, sive *ex certa scientia*, quando Superior cognitâ plenè causâ confirmat actum.

Q. 2. *Quid intersit, utrum Confirmatio facta in forma communi vel speciali?* Resp. In forma communi facta quamvis actum validè & legitimè gestum approbando majorem eidem auctoritatem conferat, non tamen valorem ei, si non habuit antecedenter, tribuit: e contra Confirmatio in forma speciali & ex certa scientiâ, tribuit jus novum, actumque, priùs fortè invalidum, reddit validum, modo defectus sit à confirmante dispensabilis. Engel *h. t. n. 5.* Plures actus recenset Schmalzgr. *o. t. n. 7.* in quibus confirmatio in forma speciali non habet vim tribuendi valorem actui secundum se irrito.

Q. 3. *In dubio an confirmatio censenda sit facta esse in forma communi, an in speciali?* Resp. In forma communi. Ratio, quia confirmatio in forma speciali fit ex certa scientia, quæ non præsumitur, nisi probetur, aut opponatur signum aliquod, ex quo constet confirmationem factam esse in forma speciali. Porro signa confirmationem in forma speciali factam esse sunt; si totus tenor instrumenti, sententiæ, privilegii, quod confirmatur, ipsi Confirmationi inseritur: si additur clausula: *ex certa scientiâ.* Vel: *cognitâ causâ.*
Vel:

Vel: parte citatâ & audita. Vel: ex plenitudine potestatis. Vel: supplentes omnes juris & facti defectus. Vel: non obstante quocunque Lege aut consuetudine in contrarium.

Q. 4. Utrum Judex inferior super confirmatione cognoscere possit & judicare? Resp. 1. De confirmatione facta cum cognitione causæ, dum ea in controversiam vocatur, solus Princeps potest cognoscere. Gail, L. 2. Obs. 1. n. 13. 2. Nec de confirmatione facta in forma communi cognoscit inferior adeoque in genere de nulla confirmatione superioris cognoscere aut judicare potest inferior nisi habeat speciale mandatum, aut nisi certum sit confirmationem per falsi suggestionem elicitam fuisse. c. 1. & 2. h. t. & AA. communiter. Limitationes vide tum in cit. cap. tum apud Leur.

h. t. Q. 1176. à n. 3.

Finis II. Libri.

